# TERENTIVS

A

M. ANTONIO MVRETO

EMENDATVS:

Et argumentis in ſingulas fabulas & ſcenas illuſtratus.

*Denuò ex collatione optimorum exemplarium emendatiſſimè excuſus.*

Vulgatæ Annotatiunculæ in Margine adſcriptæ & auctæ.

*Index vocum antiquarum apud Terentium.*

LONDINI,
Ex typographia Societatis Stationariorum.
M. DC. XXXVI.
*Cum privilegio.*

# TYPOGRAPHVS LECTORI SALVTEM.

NOn immeritò, nec sine magna laude Cornelius Valerius linguæ Latinæ doctissimus professor, D. Franciscum Raphelengium, eximium certè Typographum, & hominem eruditissimum, de optimâ Publii Terentii editione admonuit: istum etenim vere commendavit, quem M. Antonius Muretus emendavit & in lucem edidit, in ipso quia optimè cernebat nihil esse, veræ lectionis, versuum rationis, & periocharum respectu, quod non adhibitis libris antiquissimis, judicio singulari nitatur. In ipsius igitur Mureti exemplar, quoad fieri potuit, insecutus est Raphelengius; fecitque ut ipsius periochæ suis pleræque fabulis præirent, additis è Lipsiana editione personarum omnium etymis, argumentis in singulas scenas usitatis, designato carminum genere diverso, atque selectis annotatiunculis vulgò margine adscriptis. Ab his itaque cum tam præclarè ista in commune bonum præstare viderem, non potui (humanissime lector) quin ex officio n stro (licet inter gravissimas negotiationes) prius à Raphelengio Terentii Mureti editum, post omnia denuò non exiguo nostro labore e summa fide recognitum, & ex collatione diversorum atque optimorum exemplarium, à multis Typographicis, aliisque (quibus scatebat) erratis, in lucem purgatum remittere, adiunctis ex novo nonnullis annotationibus utilissimis ad variam & faciliorem lectionem, diverso charactere margine designatis. Quòd enim diutius in hoc emendationis genere versor, eò magis mihi placet, atque animum ad eius divulgationem impellit. Quod si in his omnibus tibi non satis fecero, scito nihil subitò posse fieri perfectum: me enim ex illorum numero esse profiteor, qui benè agendo gratiam bonorum expectio, & voculas malevolorum minùs vesperio: Rectè Isocrates: τὰς ἀγαθὰς ἀποίκησεις δεῖ θησαυρὸς, περὶ ἀθρὶ σπουδαίων χάριτος ὀφλομένην. Ista si tibi grata esse intellexero, alias animadversiones ad usum plenius futurorum demonstrandum pertinentes, fructuosas (uti spero) communicare non dubitabo. Vale, & his jam fruere. Anno Epochæ Christianæ. 1601.

P. TEREN-

871
T136
1636



# P. TERENTII VITA EX ÆLIO DONATO.

P. Tereutius Afer, Carthagine natus, servivit Romæ Terentio Luciano senatori: à quo ob ingenium, & formam, non institutus modò liberaliter, sed & maturè manumissus. Quidam captum esse existimant, quod fieri nullo modo potuisse, Fenestella docet, cùm in fine secundi belli Punici, & ante initium tertii sit, & mortuus: nec, si à Numidis, aut Getulis captus sit, ad ducem Romanum pervenire potuisset, nullo commercio inter Italicos & Afros, nisi post deletam Carthaginem, cœpto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maximè cum Scipione Africano, & cum Lælio: quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur, quod & ipsum Fenestella arguit, contendens utroque majorem natu fuisse: quamvis Cornelius Nepos æquales omnes fuisse tradat, & Porcius suspicionem de consuetudine per hæc faciat.

*Dum lasciviam nobilium, & fucosas laudes petit,*
*Dum Africani vocat divina inhiat avidis auribus,*
*Dum ad Furium se cœnitare, & Lælium, pulchrum putat,*
*Dum se amari ab hisce credit, crebrò in Albanum rapi,*
*Ob florem ætatis suæ, ad summam inopiam redactus est.*
*Itaque è conspectu omnium abiit Græciam in terram ultimam.*
*Mortuus est Stymphale Arcadiæ oppido: nisi Publius*
*Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,*
*Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime,*
*Eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam,*
*Saltem ut esset, quò referret obitum domini servulus.*

Scripsit comœdias sex: ex quibus primam Andriam cùm ædilibus daret, jussus antè Cæcilio recitare, ad cœnantem cùm venisset, dictus est initium quidem fabulæ, quod erat contemptiore vestitu subsellio juxta lectulum residens, legisse: post paucos verò versus, invitatus ut accumberet, cœnasse unà, deinde cætera percurrisse, non sine magna Cæcilii admiratione: & hanc autem, & quinque reliquas æqualiter populo probavit. Quamvis Volcatius de enumeratione omnium ita scribit.

*Sumetur Hecyra sexta ex his fabula.*

Eunuchus quidem bis acta est, meruitque pretium quantum nulla antea cujuscunque comœdia, id est, * octo millia nummûm; propterea summa quoque titulo adscribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam præfert principio Menandri. Non obscura fama est, adjutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione, quibuscum familiariter vixit: eandem ipse auxit: nunquam enim, nisi leviter, secuturi conatur, ut in Prologo Adelphorum:

*Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobilis*
*Hunc adjutare, assidueque unà scribere:*

* Id est, octo LLS. ducentorum coronatorum pretium est. Prælatus Menandro Terentius.

961066

*Quod illi maledictum vehemens existimant,*
*Eam laudem hic ducit maximam: cum illis placet,*
*Qui vobis universis, & populo placent:*
*Quorum opera in bello, in otio, in negotio,*
*Suo quisque tempore usus' est sine superbia.*

Videtur autem se leviùs defendisse, quia sciebat Lælio & Scipioni non ingratam esse hanc opinionem: quæ tamen magis, & usque ad posteriora tempora valuit. Q. Memmius in oratione pro se ait: P. Africanus, qui à Terentio personam mutuatus, quæ domi luserat ipse, nomine illius in scenam detulit. Nepos auctore certo comperisse se ait, C. Lælium quondam in Puteolano Kalendis Martiis admonitum ab uxore, temporiùs ut discumberet, petiisse ab ea, ne interpellaretur: seriùs tandem ingressum triclinium, dixisse non sæpe in scribendo magis successisse sibi. deinde rogatum ut scripta illa proferret, pronúntiasse versus qui sunt in Ἐαυτιμωρουμένῳ Syri:

*Sati' pol proterve me Syri promissa huc induxerunt.*

Santra Terentium existimat, si modò in scribendo adjutoribus indiguerit, non tam Scipione & Lælio uti potuisse, qui tunc adolescentuli fuêre, quàm Sulpitio Gallo, homine docto, & qui * consularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labeone & M. Popilio, consulari utroque ac poeta. ideo ipsum non juvenes designasse, qui se adjuvisse dicerentur, sed viros, quorum operam & in bello, & in otio, & in negotio populus sit expertus. Post editas comœdias nondum quintum atque trigesimum egressus annum, causa evitandæ opinionis, quia videbatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Græcorum instituta, moresque quos perinde exprimeret in scriptis, egressus urbe est, neque ampliùs rediit. De morte ejus Volcatius tradit:

* Forte consulibus.

Terentii mors.

*Sed ut Afer sex populo edidit comœdias,*
*Iter hinc in Asiam fecit: navim cum semel*
*Conscendit, visus nunquam est: sic vita vacat.*

Q. Consetius redeuntem è Græcia periisse in mari dicit cum centum & octo fabulis conversis è Menandro. Cæteri mortuum in Arcadiæ Stymphalo, sive Leucadia, tradunt, Cn. Cornelio Dolabella. M. Fulvio Nobiliore consulibus, morbo implicitum æri, dolore ac tædio amissarum fabularum, quas in navi præmiserat, ac simul fabularum, quas novas fecerat. Fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. Reliquit filiam, quæ equiti Romano nupsit. Item hortulos xx. jugerum, via Appia ad Martis villam, quo magis miror Porcium scribere: —— *Nil Publius*

*Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,*
*Tres per idem tempus qui agitabant nobiles * facillimè.*
*Eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam:*
*Saltem ut esset, quo referret obitum domini servulus,*

* Facillimè agentes, appellat divites, ac potentes.

Hunc Africanus quidem omnibus comicis præfert, scribens in Compitalibus:

Terentio

*Terentio non similem dices quempiam.*

Volcatius autem non solùm Nævio, & Plauto, & Cæcilio, sed Licinio quoque postponit. Cicero in Limone hactenus laudat:

*Tu quoque, qui solus lecto sermone Terenti*
*Conversum, expressumque Latina voce Menandrum*
*In medio populi sedatis vocibus effers,*
*Quidquid come loquens, ac omnia dulcia dicens,*

Item C. Cæsar.

*Tu quoque tu in summis ô dimidiate Menander*
*Poneris, & merstò, puri sermonis amator.*
*Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis*
*Comica, ut æquato virtus polleret honore,*
*Cum Græcis neque in hac despectus parte jaceres.*
*Unum hoc maceror, & doleo tibi deesse Terenti.*

Hæc Suetonius Tranquillus: nam duos Terentios poetas fuisse scribit Metius: quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo; alter Libertinus Terentius, Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidisse Terentium, Valgius in Actæone ait.

*Hæ quæ vocantur fabulæ, cujus sunt?*
*Non has, qui jura populis recensens dabat,*
*Summo honore affectus fecit fabulas?*

Honore summo.

Duæ ab Apollodoro translatæ esse dicuntur comico, Phormio & Hecyra: quatuor reliquæ à Menandro: ex quibus magno successu & pretio stetit Eunuchus: Hecyra sæpe exclusa, vix acta est.

## ANDRIÆ PERSONÆ EARVMQVE INTERPRETATIO.

SIMO, senex, ἀπὸ τοῦ σιμοῦ. à simo naso.

SOSIA, libertus, ἀπὸ τοῦ σώζεσθαι, à cõservatione & salute.

DAVVS, servus, gentile nomen, à Δαοῖς, gente servili.

MYSIS, ancilla, etiam gentile.

PAMPHILVS, adolescens ἢ παντοίφιλος τὶς ὤν, ἢ πάντας φιλῶν id est, omnibus charus, aut omnium amicus, adversus nemini.

CHARINVS, adolescens, gratiosum nomen, ἀπὸ τοῦ χαρίεντος.

BYRRHIA, servus, ἀπο τῆς πυῤῥὸς, id est, rubens, seu rubicundus, mutato π in β.

LESBIA, obstetrix, gentile.

GLYCERIVM, Chremetis filia, ἀπο τῆς γλυκύτητος à dulcedine.

CHREMES, ſenex, vel ἀ χρέμπτεσθαι, quod eſt enixè expuere, vel potius ἀπὸ τῦ χρεμετισμῦ, hinnitus: ſtudio enim alendi equos Athenienſes maximè delectabãtur.

CRITO, hoſpes, ἀπὸ τῦ κρίτου.

DROMO, lorarius, ἀπὸ τῦ δρόμου, id eſt, curſu, *Atque hi fabulæ ſunt interlocutores: reliquarum perſonarum tantùm mentio fit.*

ARCHILIS, ancilla, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, vel veriùs, ἄρχυλις ἀπὸ τῆς ἀρχίας, id eſt, legnicie, ſive ut alibi reperitur, Achrylis, quod Phrygium ſignificat.

CHRYSIS, meretrix, à χρυσὸς, id eſt, auro,

NICERATUS, adoleſcens: à voto victoriæ nomen habere videtur.

PASIBVLA, eadem quæ Glycerium, ἀπὸ τῦ πασιβουλεύεσθαι, id eſt, omnibus conſulens.

## M. ANTONII MVRETI IN ANDRIAM TERENTII.

### ARGVMENTVM.

*CHremes, & Phania fratres Athenienſes fuerunt: eorum Chremes profecturus in Aſiam, Paſibulam filiolam, quam tum unicam habebat, fratris fidei credidit. Profecto eo, comingit, ut in Græcia magni bellorum motus excitarentur; quos fugiens Phania, cùm impoſitâ ſecum in navem puella, ad fratrem iter cepiſſet, vi tempeſtatis fracta navi, apud Andrium inſulam ejectus eſt: ibi applicat ſe ad Andrium quendam, hominem haud magna in re, à quo tamen benignè humaniterque exceptus, non ita multo poſt moritur. Hoſpes Andrius relictæ apud ſe puellæ commutat nomen, & pro Paſibula Glycerium nominat: cumque per aliquot annos eam cum filia Chryſide, pari utramque ſtudio, educaſſet; decedit ipſe quoque de vita. Chryſis, quæ ſe & orbam & inopem videret, abrepta ſecum Glycerio Athenas navigat: ibi cum aliquandiu vitam lanatelâque toleraſſet, ad poſtremum adoleſcentum blanditiis, & pollicitationibus victa, quæſtum corpore facere incepit. Veniebat ad eam inter cæteros Pamphilus, Simonis filius, probus, & liberali præditus ingenio adoleſcens: quo non Chryſidis ille quidem, ſed ipſius Glycerii mirifico quodam amore percuſſus, primùm ſolúſque cum ea rem habuit, fidémque iam gravidæ dedit, eam ſibi uxorem fore. Suſceperat & poſtea Chremes aliam filiam, Philumenam nomine, eamque (iam enim nubilis erat) Pamphilo, bona adoleſcentis impulſus fama, collocare cupiebat. Quid multa? ultro ad Simonem venit, cum eo negotium conſecit inſcio Pamphilo, de communi ſenum ſententia: faciendis nuptiis conſtituitur dies,*

dies. Adhuc hæc erant, cùm Chrysis moritur: ibi primùm Simo de filii amore coguovit, nam cùm ambo una in funus prodiissent, accidit, ut posita in ignem Chrysidi, Glycerium se, præ doloris impatientia, eôdem conjectura videretur. Accurrit Pamphilus, eamque mediam amplexus, ita consolari cœpit, ut plurimas minuéque dubias totius rei significationes daret. Itaque venit ad Simonem postridie Chremes, conditionem renunciat, comperisse se Pamphilum peregrinam illam habere in uxoris loco; nescius, ex se natam esse eam, quam ita contumeliæ causa peregrinam nominaret, gaudere, ea re intellecta, Pamphilus: dolere contrà, ac ringi Simo. advenit interea dies, qui nuptiis inito fuerat præstitutus. Simo, veteratoria quadam calliditate, simulandas sibi, ad pertentandum filium animum, nuptias statuit: hoc cogitans, si abnueret filius, veram sibi objurgandi illius causam fore, quæ ad eum diem nulla satis justa fuerat: sin annueret, facilè se, quod vellet, à Chremete impetraturum; atque ita verò nuptias, Deo aliquantulum favente, factum iri. præterea igitur apud forum, secure jam & nihil tale metuenti filio, Pamphile, inquit, abi domum ac Deos comprecare, uxor tibi ducenda hodie est. hoc dicto, velut improviso quodam jaculo, sauciatus adolescens, quid ageret, aut quid consilii caperet, nesciebat: cùm ad eum Davus, vafro admodum ac versuto ingenio servus, animadversa senis astutia, accurrit. Erat tum unà cum Pamphilo Charinus, qui adolescens miro quodam amore Philumenæ incensus frustrà sæpè tentatis illius nuptiis, ad postremum audito eam eo die nupturam Pamphilo, in summam desperationem adductus, eum orabat, si se salvum vellet, ut vel eam ne duceret, vel saltem nuptiis diei aliquot produceret. Pamphilus eum sua quidem causa bono esse animo, atque omnia ad impediendas nuptias moliri jubebat: se quantum in se esset, effecturum, ea ut ne daretur sibi: adveniens, ut dixi, Davus, Charinum jam spei plenum, abire ad ambiendos senis amicos jubet: deinde seorsim Pamphilo conjecturas suas aperit, persuadétque, ut patri dicat se paratum esse uxorem ducere, nam eo pacto, inquit, & patri omnem jurgandi occasionem præciderit, & non erit tamen verendum, ne nuptiæ fiant: nunquam enim Chremes tibi, semel repudiato, filiam suam iterum commissurus est: hæc ita de servi consilio acta, longè aliter cecidêre, ac putabantur: exorat enim Chremetem Simo: ita res in verarum nuptiarum discrimen adducitur: fortè ipso die Glycerium exactis temporibus, puerum peperit. Eum puerum Davus, cùm aliter nuptias disturbare non posset, præ foribus edidit Simon: ab ancilla collocandum curat, in eum cum incidisset Chremes, & è Pamphilo natum esse cognosset, rursum abducit animum à nuptiis. Turbæ maximè concutiuntur, donec advenit Crito Andrius, qui, quòd Chrysidi genere proximus fuisset, ad emendam illius hereditatem Athenas venerat, ejus interventu Chremes filiam agnovit: ita, summa omnium lætitia, Charino Philumena, Glycerium Pamphilo nubit.

# C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

*Iambici trimetri.*

SOrorem falsò creditam meretriculæ,
Genere Andriæ, Glycerium vitiat Pamphi-
Gravidâ factâ, dat fidem uxorem sibi (lus:
Fore hanc: nam aliam pater ei desponderant,
Gnatam Chremetis: atq;, ut amorem compe-
Simulat futuras nuptias, cupiens suus (rit,
Quid haberet animi filius, cognoscere.
Davi suasu non repugnat Pamphilus,
Sed, ex Glycerio natum ut vidit puerulum.
Chremes recusat nuptias, generum abdicat:
Mox filiam Glycerium insperatò agnitam,
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino conjugẽ.

ANDRIA

# ANDRIA TERENTII.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS, M. FVLVIO, ET M. GLABRIONE ÆDILIBVS CVRVLIB. EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRÆNESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII F. * TIBIIS PARIB. DEXTRIS, ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRÆCA EDITA M. MARCELLO C. SVLPITIO COSS.

* Pet. Nannius Miscel. li. 1. putat legendũ tibiis paribus, deinde dextris & sinistris, ut bis actam intelligas: & ambæ dextræ tibiæ pares sint: impares ambæ sinistræ.

## PROLOGVS.

Prologus hic relativus est, quando maledicta in adversarium regeruntur, Exordium, cogi se ad respondendum adversario.

*Iambici trimetri.*

Poëta cùm primùm animum ad scribendum appulit,
Id sibi negotî credidit solùm dari,
Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.
Verùm aliter evenire multò intelligit:
[a] *Nam in prologis scribendis* [b] * *operam abutitur,*
*Non qui argumentum narret, sed qui malevoli*
*Veteris poëtæ maledictis respondeat.*
Nunc, quam rem vitio dent, quæso animum advortite.
[c] *Menander fecit Andriam, & Perinthiam,*
*Qui utramvis rectè norit, ambas noverit.*
*Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen*
*Dissimili oratione sunt factæ, ac stylo.*
*Quæ convenêre in Andriam, ex Perinthiâ*
*Fatetur transtulisse, atque usum pro suis.*
*Id isti vituperant factum, atque in eo disputant,*
*Contaminari non decere fabulas.*
*Faciunt* [d] *ne intelligendo, ut nihil intelligant.*
[e] *Qui cùm hunc accusant, Nævium, Plautum, Ennium*
*Accusant, quos hic noster auctores habet:*
*Quorum æmulari exoptat neglegentiam*
*Potiùs, quàm istorum obscuram diligentiam.*
[f] *Dehinc ut quiescant, porrò moneo, & desinant*

a Vitium poëtæ objectũ.
b * Operam legit Diomedes.
c Narratio.
d Pro sanè alii.
e Purgat exemplis.
f Modesta maledictorum imprecatio.

*Male-*

*Maledicere, malefacta ne noscant sua.*
[g] *Favete, adeste æquo animo, & rem cognoscite,*
*Vt pernoscatis, ecquid spei sit reliquum:*
*Posthac quas faciet de integro comœdias,*
*Spectandæ, an* [h] *exigendæ sint vobis prius.*

[g] Ab auditoribus favorem captat.
[h] Id est, explodendæ, ut in prolog. Hecyræ parum sum earum exactus.

## ACTVS I. SCENA I.

Arg. Simo narrat liberto primùm honestam filii vitam, deinde amatoriam, ad postremum etiam aperit, quo consilio se datorum illi uxorem simulare statuerit.

*Iambici trimetri.*

SIMO, SOSIA.

SI. VOs istæc intro auferte: abite; [a] *Sosia*
*Adsdum: paucis te volo.* SO. *dictum puta.*
*Nempè ut curentur rectè hæc.* SI. *imo aliud.* SO. *quid est*
*Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?*
SI. *Nihil istac opus est arte, ad hanc rem quam paro;*
*Sed iis, quas semper in te intellexi sitas,*
*Fide & taciturnitate.* SO. *expecto quid velis.*
SI. [b] *Ego postquam te emi è parvulo, ut semper tibi*
*Apud me justa & clemens fuerit servitus,*
*Scis:* [c] *feci, è servo ut esses libertus mihi,*
*Propterea quod serviebas liberaliter.*
*Quod habui, summum pretium persolvi tibi.*
SO. *In memoriâ habeo.* SI. * *haud muto factum.* SO. *gaudeo*
*Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat, Simo, &*
*Id gratum fuisse adversum te, habeo gratiam.*
*Sed mî hoc molestum est: nam istæc commemoratio*
*Quasi exprobratio est immemoris beneficî.*
*Quin tu uno verbo dic, quid est, quod me velis.*
SI. *Ita faciam, hoc primùm in hâc re prædico tibi,*
*Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ.*
SO. *Cur simulas igitur?* SI. [d] *Rem omnem à principio audies,*
*Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum*
*Cognosces, & quid facere in hac re te velim.*
[e] *Namis postquam excessit ex ephebis, Sosia,*
*Liberius vivendi fuit potestas: num antea*
*Quî scire posses, aut ingenium noscere,*

[a] Heic τὸ προσωπον δεύτερον inducitur, Sosia sc. qui deinceps nusquam apparet.
[b] Exordii benevolentia à meritis captatur.
[c] Menandri ἐγὼ σε δοῦλον ὄντ' ἐποίησ' ἐλεύθερον.
* Id est, non reprehendo, Nan. Misc. lib. 4.
[d] Propositio consilii.
[e] Narratio qua exponit amorem gnati, & consilium suum de nuptiis: est autem amplificata narratio occasionibus omnibus.

Dum

*Dum ætas, metus, magister prohibebant? SO. ita est.*
*SI. quod plerique omnes faciunt adolescentuli,*
*Vt animum ad aliquod studium, adjungant, aut equos*
*Alere, aut canes ad venandum, aut* [f] *ad Philosophos:*
*Horum ille nihil egregiè præter cætera*
*Studebat, & tamen omnia hæc medio citer.*
*Gaudebam. SO. non injuriâ: nam id arbitror*
*Adprimè in vitâ esse utile, VT NE quid nimis.*
*SI. Sic vita erat: facilè omnia perferre ac pati,*
*Cum quibus erat, cumque unà iis sese dedere;*
*Eorum obsequi studiis, adversus nemini:*
*Nunquam præponens se aliis: ita facillimè*
*Sine invidiâ invenias laudem, & amicos pares.*
*SO. Sapienter vitam instituit: namque hoc tempore*
OBSEQVIVM *amicos, veritas odium parit.*
*SI. Intereà mulier quædam abhinc triennium*
*Ex Andro commigravit huic viciniæ,*
*Inopiâ, & cognatorum negligentiâ*
*Coacta, egregiâ formâ, atque ætate integra.*
*SO. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.*
*SI.* [g] *Primùm, hæc pudicè vitam, parcè, ac duriter*
*Agebat, lanâ ac telâ victum quæritans.*
*Sed, postquam amans accessi, pretium pollicens,*
*Vnus, & item alter,* ITA *ut ingenium est omnium*
*Hominum à labore proclive ad libidinem,*
*Accepit conditionem, dein quæstum occipit.*
*Qui tum illam amabant fortè,* [h] *ita ut fit, filium*
*Perduxêre illuc secum, ut unà esset, meum,*
*Egomet continuò mecum, certè captus est,*
*Habet.* [i] *Observabam manè illorum servulos,*
*Venientes aut abeuntes rogitabam, heus puer,*
*Dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? nam Andriæ*
*Illi id erat nomen. SO. teneo SI. Phædrum aut Cliniam*
*Dicebant, aut Niceratum, nam hi tres tum simul*
*Amabant. eho, quid Pamphilus? quid? symbolum*
*Dedit, cœnavit. gaudebam, item alio die*
*Quærebam, comperiebam nihil ad Pamphilum.*

[f] Ellipsis est Terentiana, potest enim subintelligi, animum applicare adire.

[g] Nemo repentè fuit turpissimus: gradatim in vitia labimur.

[h] Cicero pro Quintio. Sæpe, ut fit, cum ipse te confirmassem.

[i] Sedulitas paterna erga filium.

Quid-

Quidquam attinere enimverò [k] spectatum satis.
Putabam, & magnum exemplum [l] continentiæ.
Nam, qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi,
Neque commovetur animus in eâ re tamen,
Scias posse habere jam ipsum suæ vitæ modum.
Cum id mihi placebat, [*] tum uno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid verbis opus est? hac famâ impulsus Chremes
Vltrò ad me venit, unicam gnatam suam
Cum dote summâ filio uxorem ut daret.
Placuit: despondi: hic nuptiis dictus est dies.
SO. Quid obstat, cur non veræ fiant? SI. audies:
Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur. SO. ô factum bene!
Beasti: metui â Chryside. SI. ibi tum filius
Cum illis, qui amabant Chrysidem, unà aderat frequens,
Curabat unà funus: tristis interim:
Nonnunquam collacrymabat: placuit tum id mihi.
Sic cogitabam: hic parvæ consuetudinis
Causâ mortem hujus tam fert familiariter:
Quid, si ipse amâsset? quid mihi hic faciet patri?
Hæc ego putabam esse omnia [m] humani ingenii
Mansuetique animi officia: quid multis moror?
Egomet quoque ejus causâ in funus prodeo:
Nihil suspicans etiam mali. SO. bem quid est? SI. scies.
Effertur: [n] imus, interea inter mulicres,
Quæ ibi aderant, fortè unam adspicio adolescentulam,
Formâ. SO. bonâ fortasse. SI. & voltu, Sosia,
Adeò modesto, adeò venusto, ut nihil suprà.
Quia tum mihi lamentari præter cæteras
Visa est, & quia erat formâ præter cæteras
Honestâ, & liberali: accedo ad pedissequas:
Quæ sit, rogo: sororem esse aiunt Chrysidis.
Percussit illicò animum, at at, hoc illud est,
Hinc illæ lachrymæ, hæc illa misericordia.
SO. Quàm timeo, quorsum evadas. SI. furuus interim.

Procedit:

[k] Epiphonema.
[l] Pamphili continentia.
[*] Benè ominantis vox, quod Græci unico verbo εὐφημεῖν efferunt, est enim hic bona dicere, læta precari. Vide Nann. Misc. lib. 1. omnia. Scopà in Appendice Collectaneorum. cap. 7. legit.
[m] Simo humanitati falsò adscripsit, quod erat amoris.
[n] Mira orationis brevitas.

*Procedit: sequimur: ad sepulchrum venimus:*
*In ignem posita est: fletur: interea hæc soror,*
*Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius,*
*Sati' cum periculo, ibi tum exanimatus Pamphilus*
*o Bene dissimulatum amorem, & celatum indicat:*
*Accurrit, mediam mulierem complectitur:*
*Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?*
*Tum illa, ut consuetum facile amorem cerneres,*
*Rejecit se in eum flens quàm familiariter.*
SO. *Quid ais?* SI. *redeo inde iratus, atque egrè ferens.*
*Nec satis ad objurgandum causæ: diceret,*
*Quid feci? quid commerui aut peccavi, pater?*
*Quæ sese voluit in ignem injicere, prohibui,*
*Servavi, honesta oratio est.* SO. *rectè putas:*
*Nam si illum objurges, vitæ qui auxilium tulit,*
*Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?*
SI. *Venit Chremes postridie ad me, clamitans,*
*Indignum facinus compressse, Pamphilum*
*Pro uxore habere hanc peregrinam, ego illud sedulò*
*Negare factum, ille instat factum: denique*
*Ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam*
*p Neget daturum,* SO. *Non tu tibi q gnatum?* SI. *ne hæc quidè*
*Satis vehemens causa ad objurgandum.* SO. *quî, cedo?*
SI. *Tute ipse his rebus finem præscripsisti, pater:*
*Prope adest, cum alieno more vivendum est mihi,*
*Sine nunc meo me vivere interea modo.*
SO. *Quis igitur relictus est objurgandi locus?*
SY. *r Si propter amorem uxorem nolit ducere,*
*Ea primùm ab illo animadvertenda injuria est,*
*Et nunc id operam do, ut per falsas nuptias*
*Vera objurgandi causa sit, si deneget:*
*Simul, sceleratus Davus si quid consilî*
*Habet, ut consumat nunc, cum nihil obsint doli:*
*Quem ego credo s manibus pedibúsque obnixe omnia*
*Facturum, magis id adeò, mihi ut incommodet,*
*Quàm ut obsequatur gnato.* SO. *quapropter?* SI. *rogas?*
*Mala mens, malus animus, quem quidem t ego si sensero.*

o Amor Pamphili erga Glycerium proditur.

p Chremes generum abdicat.
q Ellipsis.
r Prudens Simonis consilium.
s Iliad. γ. ἀλλ' ὅσσον μενεήνωρ δύναμαι χερσίν τε ποσίν τε καὶ ὄφρα.
Argumentũ à natura.
t Aposiopesis gravem pœnam minantis.

Sed

*Sed quid opus est verbis? sin eveniat, quod volo.*
*In Pamphilo ut nil sit moræ; restat Chremes,*
*Qui mihi exorandus est, & spero confore.*
*Nunc tuum est officium, has bene ut adsimules nuptias,*
*Perterrefacias Davum, observes filium,*
*Quid agat, quid cum illo consilii capiat.* SO. *sat est:*
*Curabo: eamus jam nunc intrò:* SI. *i præ, sequar.*

[u] Spargitur res in personas, & institutum cõsilium exequitur senex

*Non dubium est, quin uxorem nolit filius:*
*Ita Davum modò timere sensi, ubi nuptias*
*Futuras esse audivit: sed ipse exit foràs.*

## ACTVS I. SCENA II.

Arg. Filii amorem explorat pater: simulat futuras nuptias: interminatur Davo pistrinum, si quid fallaciæ in ipsis conatus fuerit nuptiis.

*Iambici senarij & octonarij, unus quaternarius, omnes acatalectici.*

SIMO, DAVVS,

D. *Mirabar, hoc si sit abiret: & heri semper lenitas*
*Verebar quorsum evaderet.*
*Qui postquam audierat non datum iri filio uxorem suo,*
*Nunquam cuiquam nostrûm verbũ fecit, neque id ægrè tulit,*
s. *At nunc facret, neque, ut opinor, sine tuo magno malõ.*

[a] Callida Davi suspicio.

D. [a] *Id voluit: nos sic nec opinantes duci falso gaudio,*
*Sperantes jam amoto metu, interea oscitantes opprimi,*
*Vt ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias:*
*Astutè.* s. *Carnifex quæ loquitur!* D. *herus est, neq; prævideret.*
s. *Dave.* D. *Hem. quid est?* s. *ebodum ad me.* D. *quid hic volt?*
s. *Quid ais?* D. *quâ de re?* s. *rogas?*
*Meum gnatum rumor est amare.* D. *id populus curat scilicet.*

[b] Id est, audis, Donat. alii pro facis ponit contendunt.

s. *Hoccine* [b] *agis, an non?* D. *ego verò istuc.* s. *sed, nunc ea me*
*exquirere,*
*Iniqui patris est: nam, quod antehac fecit, nihil ad me attinet.*

[c] Indulgentia patris.

[c] *Dum tempus ad eam rem tulit, sivi, animũ ut expleret suum:*
*Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores postulat.*
*Dehinc postulo, sive æquũ est, te oro, Dave, ut redeat jã in viã.*

* Ellipsis, deest enim quæsis.

D. * *Hoc quid sit?* s. *omnes qui amant, graviter sibi dare uxorem ferunt.*
*(probum,*
D. *Ita aiunt.* s. *tum si nis magistrum cepit ad eam rem in-*
*Ipsum animũ negotium ad deteriorẽ partem plerumq; applicat.*

D. *Non*

D. *Non hercle intelligo.* S. *non? hem.* D. *non,* [d] *Davus sum, non Oedipus.*

S. *Nempe ergo apertè vis, quæ restat me loqui.* D. *sanè quidem.*

S. *Si sensero hodie, quidquam in his te nuptiis*
*Fallaciæ conari, quo fiant minùs,*
*Aut velle in eâ re ostendere, quàm sis callidus,*
*Verberibus cæsum te in pistrinũ, Dave, dedam, usq; ad necem.*
*Eâ lege, atq; omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam.*
*Quid hoc? intellextin'? an nondum etiam nè hoc quidem?* D. *Immò callidè:*
*Ita aperte ipsam rem modò locutus: nihil circuitione usus es.*
S. *Vbivis facilius passus sim, quàm in hac re, me deludier.*

D. * *Bona verba quæso.* S. *Irrides? nihil me fallis, sed dico tibi,*
*Ne temerè facias,* * *neq; tu hoc dicas tibi non prædictũ cave.*

[d] Adag. Oedipus enim solus Sphingis ænigma solvit.

* Benè ominantis. Vide Nan. Misc. lib. 1. sic suprà, omnia bona dicere.

* Alias, neq; in hoc dicas.

## ACTVS I. SCENA III.

Arg. In hâc Scenâ deliberat Davus, velitne Pamphilo esse adjutor, an auscultare seni.

*Iambici octonarii & senarii.*

DAVVS SOLVS.

D.[a] ENimverò, Dave? nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ.
*Quantum intellexi modò senis sententiam de nuptiis,*
*Quæ si non astu providentur, me, aut herum* pessum dabunt,*
Nec, quid agam, certum est; Pamphilúmne adjutem, an auscultem seni.
*Si illum relinquo, ejus vitæ timeo: sin opitulor, hujus minas:*
*Cui* [b] *verba dare difficile est: primum jam de amore hoc comperit:*
*Me insciùs servat, ne quam, faciam in nuptiis fallaciam.*
*Si senserit, perii; aut si libitum fuerit, causam ceperit,*
[c] *Quo jure, quaque injuriâ præcipitem me in pistrinum dabit.*
*Adhæc mala hoc mihi accidit etiam: hæc Andria,*
*Sive uxor, sive amica est, gravida è Pamphilo est:*
*Audirèque eorum, est operæ pretium, audaciam:*
*Nam inceptio est amentium, haud* [d] *amantium:*
*Qui quid peperisset, decrevêre tollere:*
*Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,*
*Civem Atticam esse hanc: fuit olim quidam senex,*
*Mercator; navem is fregit apud Andrum insulam,*

a Consultatio Davi fiúmne adjuter, an seni auscultet.

* Alias pessundabunt.

b Id est, decipere.

c πάροιμι τῶν ἐσθ', ut fas, nefas, velis, nolis.

d παροιμιώδες est, quæ à Cicerone agnominatio dicitur.

*Is obiit mortem: ibi tùm hanc ejectam, Chrysidis*
*Patrem recepisse orbam, parvam, fabulæ;*
*Mihi quidem non hercle fit verisimile.*
*Atqui ipsis commentum placet.*
[c] Hic παρεκβεβηκὼς, id est, præparatio ad aliam scenã.
[c] *Sed Mysis ab ea egreditur, at ego hinc me ad forum, ut*
*Conveniã Pamphilũ, ne de hac re pater imprudentẽ opprimat.*

ACTVS I. SCENA IV.

Arg. Narrat Mysis quamobrem à Glycerio exierit: & hîc docet Terentius immoderatum vini usum fugiendum esse iis, qui seriis præsunt negotiis. Nihil est enim quod recte agi ab ebrio possit.

*Trochaici octonarii, catalectici.*

MYSIS.

[a] Oeconomia postulat ut obstetrix accersatur, & conveniatur Pamphilus.
M. [a] *AVdivi Archillis jamdudum, Lesbiam adduci jubes.*
*Sanè pol illa temulenta est mulier, & temeraria;*
*Nec satis digna, cui committas primo partu mulierem:*
*Tamen eam adducam: importunitatem spectate aniculæ;*
[b] *Quia compotrix ejus est. Dî date facultatem obsecro*
*Huic pariundi, atque illi in aliis potius peccandi locum.*
*Sed quidnam Pamphilũ exanimatum video? vereor, quid fiet.*
*Opperiar, ut sciam, num quidnã hæc* [c] *turba tristitiæ adferat.*
[b] Apostrophe sis.
[c] Id est, turbatio, concio.

ACTVS I. SCENA V.

Arg. Habet hæc scena Pamphili dolorem de nuptiis: fidem datam Glycerio servaturam pollicetur, vel invito, si res ita exigat, patre.

*Iambici & trochaici octonarii, varie mixti, binarius unus, quaternarii quatuor.*

PAMPHILVS, MYSIS.

[d] Querela Pamphili. Pamphilus ob nuptias perturbatus ex abrupto incipit propositionem injuriæ à patris persona.
P. [d] *HOccine est humanũ factũ, aut inceptũ? hoccine officiũ (patris?*
M. *Quid illud est?*
P. *Pro Deũm, atque hominum fidem! quid est, si non hæc contumelia est?*
*Vxorem decrevit dare sese mi hodie: nónne oportuit*
*Præscîsse me ante? nonne prius communicatum oportuit?*
M. *Miseram me, quod verbum audio?* P. *quid Chremes? qui*
*denegaverat,*
*Se commissurum mihi gnatam suam uxorem; id mutavit,*
*Quoniam me immutatum videt.*
[e] Mirè poeta hîc magnas turbas facit, quo catastrophe majore gaudio compleatur.
[b] *Itánc obstinat è operã dat, ut me à Glycerio miserũ abstrahat?*
*Quod si fit, pereo funditus.* (*ut ego sum?*
*Adeón' hominem* * *invenustum esse, aut infelicem quenquam,*

[*] Id est, infortunatum. Nan. Misc. lib. 1.

Pro

Prô deûm atque hominum fidem, nullón' ego
Cremetis pacto affinitatem effugere potero? quot modis
[c] Contemptus, spretus? facta, transacta omnia. hem.
Repudiatus repetor, quamobrem? nisi si id est, quod suspicor:
Aliquid [d] monstri alunt: ea quoniam nemini obtrudi potest,
Itur ad me. M. oratio hæc me miseram exanimavit metu.
P. Nam quid ego nunc dicam de [e] patre? ah,
Tantámne rem tam negligenter agere? præteriens modò,
Mihi apud forum, [f] uxor tibi ducenda est, Pamphile, hodie, inquit; para,
Abi domum. id mihi visus est dicere, abi citò, & suspende te.
Obstupui, censen' ullum me verbum potuisse proloqui?
Aut ullam causam, ineptam saltem, falsam, iniquam? obmutui.
[g] Quòd si ego priùs id rescissē, quid facerē si quis nūc me roget,
Aliquid facerem, ut hoc ne facerem. [h] sed nunc primùm quid exequar?
Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diversè trahunt.
Amor, misericordia hujus, nuptiarum sollicitatio,
Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usq; adhuc.
Quæ meo cuiq; animo libitum est facere: eine ego ut advorser? hei mihi,
Incertum est quid agam. M. misera timeo, hoc incertum quorsum accidat.
Sed nunc peropus est aut hunc cum ipsâ, aut me aliquid de illâ advorsum hunc loqui.
Dū in dubio est animus, paulo [k] momento huc illuc impellitur
P. Quis hîc loquitur? Mysis salve. M. ô salve Pamphile. P. quid agit? M. Rogas?
Laborat è dolore: atque ex hoc misera sollicita est, diem
Quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ. tū autē hoc timet,
Ne deseras se. P. hem. [l] egóne istuc conari queam?
Ego propter me illam decipi miseram sinam?
Quæ mihi suum animum, atque omnem vitam credidit,
Quam ego animo egregiè charam pro uxore habuerim,
Benè & pudicè ejus doctum atque eductum, sinam
Coactum egestate ingenium immutarier?
Non faciam. M. haud vereor, sit in te solo sit situm:

[c] Exaggeratur indignitas propria & patheticè.
[d] Contumelia vehemēs.
[e] Parentis negligentiam carpit.
[f] Ægrè amantes de re uxoriâ audiunt.
[g] Deliberatio & ejus partes.
[h] Dissolutio, seu articulus deficientibus copulis.
Consultatio sequitur querelam: fingit enim cordatum adolescentem Patris indulgentiam arguit.
[k] Metaphora à mole ponderis in statera pendentis.
[l] Lenta & mœsta responsio, & magna vis est in pronominibus istis: nec præcipitanter, sed interruptè proferenda.

*Sed vim ut queas ferre.* P. *adeón' me ignavum putas?*
m Confirmatio ab honesto: & totus locus mirè patheticus.
m *Adeón' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum,*
*Vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor*
*Commoveat, neque commoneat, ut servem fidem?*
M. *Vnum hoc scio, hanc meritam esse, ut memor esses sui.*
P. *Memor essem! ô Mysis, Mysis, etiam nunc mihi*
n Sophocles Philoct. Ἀεὶ γὰρ ἐν νῷ τοῦτο.
n *Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis*
*De Glycerio. jam fermè moriens me vocat:*
*Accessi, vos semotæ, nos soli: incipit;*
o Prosopopœia est, & principium à blanditmento.
o *Mi Pamphile, hujus formam, atq; ætatem vides.*
*Nec clam te est, quàm illi utrèque res mutiles*
*Et ad pudicitiam, & ad tutandam rem sient.*
*Quòd ego per hanc te dextram oro, & * ingenium tuum,*
* Aliis, genium.
*Per tuam fidem, perque hujus solitudinem*
*Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras:*
*Si te in germani fratris dilecti loco,*
p Concludit partem deliberationis suæ per electionem.
p *Sive hæc te solum semper fecit maxumi,*
*Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.*
*Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem:*
*Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.*
q Hic versus perficitur initio scenæ sequentis.
*Hanc mihi in manum dat, mors continuò ipsam occupat.*
*Accepi: acceptam servabo.* M. *ita spero quidem.*
P. *Sed cur tu abis ab illâ?* M. *obstetricem accerso.* P. *Propera.*
*Atque audin'? verbum unum cave de nuptiis,*
q *Ne ad morbum hoc etiam.* M. *teneo.*

## ACTVS II. SCENA I.

Arg. Charinus intelligit Pamphilo nupturam Philumenam, idem rogat Pamphilum, ne ducat. Hic Charinus & Byrrhia fabulæ adjiciuntur, ne spreta relinquatur Philumena.

*Iambici, senarii & octonarij, & unus quaternarius; Item trochaici, Iambicis permixti.*

CHARINVS, BYRRHIA, PAMPHILVS.

C. a *Quid ais, Byrrhia?*
*Daturne illa hodiè Pamphilo nuptum?* B. *sic est.*
a Id est, dissentus & arreptus, ut qui utrinque hactenus & à spe & metu detinebatur. Vide Nannii Miscel. lib. 1
C. *quî scis, Byrrhia?*
C. *Apud forum modò de Davo audivi.* C. *væ, væ misero mihi.*
*Vt animus in spe atq; in timore usq; antehac * attentus fuit!*
*Ita postquàm adempta spes est, lassus, curâ confectus stupet.*
C. c *Quæ*

B. [c] Quæso ædepol Charine, quoniã id fieri quod vis, non potest
Velis id quod possit. C. nihil aliud, nisi Philumenam volo.
B. Ah, quam ò satius est, te id operam dare,
Qui istum amorem ex animo amoveas tuo, quàm id loqui,
Quò magis libido frustrà incendatur tua?
C. Facile omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus.
Tu si hic sis, aliter sentias. B. age, ut lubet. C. sed Pamphilum
Video: omnia experiri certum est, priùs quàm pereo.
B. Quid hic agit?
C. Ipsum hunc orabo, huic supplicabo, amorem huic narrabo meum:
Credo, impetrabo: ut aliquot saltem nuptiis [d] prodat dies.
Interea fiet aliquid. spero. B. id aliquid nihil est. C. Byrrhia,
Quid tibi videtur, adeon' ad eũ. B. [e] quid ni? si nihil impetres,
Vt te arbitretur sibi paratum mœchum, si illam duxerit.
C. Abi hinc in malam rem cum suspicione istac scelus,
P. Charinum video, salve. C. ô salve Pamphile:
Ad te advenio, spem, salutem, auxilium, [f] consilium expetens.
P. Neque pol consilii locum habeo, neque auxilii copiam.
Sed istuc quidnam est? C. hodie uxorem ducis? P. aiunt. C. Pamphile,
Si id facis, hodiè postremum me vides. P. quid ita? C. hei mihi,
Vereor dicere, huic dic, quæso, Byrrhia. B. ego dica. P quid est?
B. Sponsam hic tuam amat. P. næ iste haud mecum sanitate bodum dic mihi,
Num quidquam amplius tibi cum illâ fuit, Charine? C. ah, Pamphile,
Nihil. P. [g] quàm vellem. C. nunc te per amicitiam, & per amorem obsecro,
Principio ut ne ducas. P. dabo equidem operam. C. sed si id non potes,
Aut tibi nuptiæ hæ sunt cordi. P. Cordi? C. saltem aliquot dies
Profer, dum proficiscor aliquò, ne videam. P. audi nunc jam:
Ego Charine neu iquam officium esse liberi puto,
Cum is nil promereat postulare id gratiæ apponi sibi,
Nuptias effugere ego istas malo, quàm tu adipiscier.
C. Reddidisti animũ. P. nũc siquid potes aut tu, aut hic Byrrhia,

[c] Sanum Byrrhiæ consilium attendant tum amatores, cum Physici Euripid. Alceſt.
[d] Sic Donatus & Nannius.
[e] Sic distinxit Donatus quidnam? scilicet adeas.
[f] Artificiose consilium postponit.
[g] Scilicet abiturum esse cognitam.

f Mirè exprimit affectum nuptias recusantis
g Ellipsis, scilicet, dicis.

g *Facite, fingite, invenite, efficite, quî detur tibi,*
*Ego id agam, mihi quî ne detur.* C. *sat habeo.* P. *Davom optumè*
*Video, hujus consilio fretus sum.* C. *at tu hercle haud* h *quidquam mihi,* (*bens.*
*Nisi ea quæ nihil opus sunt scire: fugin' hinc?* B. *ego verò ac lu-*

## ACTVS II. SCENA II.

Arg. Davus cùm ex variis conjecturis & signis comperisset, nuptias non cohærere, Pamphilum toto quærens oppido, exultat insolentiùs. Iambici, octonarii, catalectici.

DAVVS, CHARINVS, PAMPHILVS.

a Portamus & corpore & animo, recto ordine
b Ad hoc pertinet quod sequitur, resiste, sed & habeo reperiri, ait Donatus, ut sit deliberationis conclusio.

*Dî boni, boni quid* a *porto? sed ubi inveniam Pamphilum,*
*Ut metum, in quo nunc est, adimam, atque expleam animum gaudio?*
C. *Lætus est, nescio quid.* P. *nihil est, nondum hæc rescivit mala.*
D. *Quem ego nunc credo, si jam audierit sibi paratas nuptias.*
C. *Audin' tu illum?* D. *toto me oppido examinatum quærere.*
*Sed ubi quærã? aut quò nũc primùm intẽdã?* C. *cessas alloqui?*
D. b *Abeo.* P. *Dave ades, resiste.* D. c *quis homo est, qui me? O Pamphile,*
*Te ipsum quæro. euge ô Charine: ambo opportunè: vos volo.*
P. d *Dave, perii.* D. *quum tu hoc audi* P. *interii.* D. *quid timeas, scio.*
C. *Mea quidẽ hercle certè in dubio vita est.* D. *& tu quid,* e *scio.*
P. *Nuptiæ mihi.* D. *& id scio.* P. *hodie.* D. *obtundis, tametsi intelligo.*
*Id paves ne ducas tu illam: tu autem, ut ducas.* C. *rem tenes.*
P. *istuc ipsum.* D. f *atque istuc ipsum nil periculi est; me vide.*
P. *Obsecro te, quamprimũ hoc me* g *libera miserũ metu.* D. *hem.*
*Libero: uxorem tibi jam non dat Chremes.* P. *qui scis?* D. *scio.*
*Tuus pater modò me prehendit: ait tibi uxorem dare*
*Se hodie, item alia multa, quæ nunc non est narrandi locus.*
*Continuò ad te properans, percurro ad forum, ut dicã tibi hæc.*
*Ubi te non invenio, ibi ascendo in quendam excelsum locum,*
*Circumspicio; nusquam, fortè ibi: hujus video Byrrhiam,*
h *Rogo: negat vidisse: mihi molestum: quid agam, cogito.*
*Redeunti interea ex ipsã re mihi incidit suspicio: hem,*
*Paululum obsoni, ipsus tristis, de improviso nuptiæ:*

c Seriliter exultat Davus, idque vice exordii est.
d Mira compendia conrahit hic pœta, nec tamen affectus personarum perdit.
e Deest timeas, teste Donato.
f Propositio
g Perfecta securitas, liberatio vocatur: ideò dicitur, libera me.
h Id est, interrogo, & mirâ, & imitandâ brevitate. συναφειαμὸς.

*Non cohærent.* P. *quorsum istuc?* D. *egomet continuò ad Chremem.*
*Cùm illò advenio, solitudo ante ostium, jam id gaudeo.*
P. *Rectè dicis, perge.* D. [k] *maneo: interea intro ne neminem*
*Video,* [l] *exire neminem, matronam nullam: in ædibus*
*Nihil ornati, nihil tumulti; accessi intrò, obrepsi.* P. *scio.*
*Magnum signum.* D. *Num videntur convenire hæc nuptiis?*
P. *Non opinor, Dave.* D. *opinor, narras? non rectè accipis.*
*Certa res est: etiam puerum inde abiens convenit* [m] *Chremis,*
*Holera, & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni.*
C. *Liberatus sum, Dave, hodie tuâ operâ.* D. *at* [n] *nullus quidem.*
C. *Quid ita? nempe huic prorsus illam non dat.* D. *ridiculum*
* *Caput:*
*Quasi necesse sit, si huic non dat, te illam uxorem ducere.*
*Nisi*[o] *vides, nisi senis amicos oras,* P *ambis.* C. *bene mones,*
*Ibo: etsi hercle sæpè jam me spes hæc frustrata est. Vale.*

## ACTVS II. SCENA III.

Arg. Suadet Pamphilo, atque etiam persuadet Davus, ut patri dicat, uxorem se ducturum.

*Trochaici, octonarij, acatalectici, iambici, senarii, & octonarii catalectici.*

PAMPHILVS, DAVVS.

P. QVid [a] *igitur sibi volt pater? cur simulat?* D. *ego* [b] *dicam tibi.*
*Si id succenseat nunc, quia non det tibi uxorem Chremes,*
*Ipsius sibi esse injurius videatur: neque id injuriâ,*
*Priùs quàm tuũ animũ, ut sese habeat ad nuptias, perspexerit.*
*Sed si tu negâris ducere, ibi culpam in te transferet:*
*Tum illæ turbæ ficent.* D. *quid vis patiar?* D. *pater est, Pămphile.*
*Difficile est, tum hæc sola est mulier;* [c] *dictũ ac factũ, invenerit*
*Aliquam causam, quamobrem ejiciat oppidò.* P. *ejiciat.* D. *citò.*
P. *Cedo igitur, quid faciam Dave?* D. *dic te ducturum.* P. *hem.* D. *quid est?*
P. *Egóne dicam?* D *cur non?* P. *nunquã faciam, Dave.* D. *nega.*
P. *Suadere noli.* D. *ex eâ re quid fiat, vide.*
P. *Vt ab illâ excludar,* * *huc concludar.* D. *non ita est.*
*Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem,*
*Ducas volo hodiè uxorem: tu, ducam, inquiès:*



k Callidum Davi factum
l Nota argumentum à sequentibus.
m Donatus Chremi legendũ cẽset sicut Vlysſi.
n Nullus pro non, ita in Eun. Act. 2. scen. 1. & in Hecyr. Act. 1. Scen. 11.
* Caput per synecdochẽ.
o Id est, provides.
p Ellipsis: deest enim, nihil efficies. In manuscriptis conjunguntur hæc superioribus.
a Cogitabũdè & stomachosè hæc dicit: sic Virg. Quid vult concursus ad amnem?
b Consilium servi, quo Pamphilus insciens in periculum conjicitur.
c Id est, celeriter. ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον.
* Ita Don. Linacer verò sic.

*Cedò quid jurgabit tecum? hîc tuos omnia*
*Quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta ut sient,*
*Sine omni periculo. nam hoccè haud dubium est, quin Chremes*
*Tibi non det gnatam: nec tu eâ causâ * minuerus*
*Hæc quæ facis, ne is mutet suam sententiam,*
*Patri dic velle: ut cum velit, tibi jure irasci non queat,*
*Nam quod tu [d] speras propulsabo facilè: uxorem his moribus*
*Dabit nemo: inopem inveniet potiùs, quàm te corrumpi sinat:*
*Sed si te æquo animo ferre ascipiet, negligentem feceris.*
*Aliam otiosus quæret: interea aliquid acciderit boni.*
P. Itán' credis? D. haud dubium id quidem est. P. vide quò
*me inducas* D. quin taces:
P. Dicam, puerili antè ne resciscat mihi esse ab illâ, [e] cautio est:
*Nam pollicitus sum suscepturũ.* D. ô facinus audax! P. hanc fidẽ
*Sibi me obsecravit, qui se sciret non deserturum, ut darem.*
D. [f] *Curabitur: sed pater adest, cave te esse tristem sentiat.*

ACTVS II. SCENA IV.

Arg. Hæc Scena consiliorum executionem habet. Monet Pamphilum Davus, apud patrem ne titubet, sed animo præsenti loquatur. *Jambici Senarii.*

SIMO, DAVUS, PAMPHILVS.

S. REvis, *quid agant, aut quid captent consilii.*
D. *Hic nunc non dubitat, quin te ductarum neges.*
[a] *Venit meditatus alicunde ex solo loco:*
*Orationem sperat invenisse se,*
*Quâ [b] differat te; proin tu face, apud te ut sies.*
P. *Modo ut possim.* D. *crede mihi hoc, inquam, Pamphile,*
*Nunquam hodie tecum [c] commutaturum patrem*
*Unum esse verbum, si te dices ducere.*

ACTVS II. SCENA V.

Arg. Pamphilum Byrrhia observat. idem Pamphilus patri respondet se facturum quæ volet ille omnia. Charino eadem renunciat Byrrhia. *Ejusdem generis.*

BYRRHIA, SIMO, DAVUS, PAMPHILVS.

B. [a] HErus me, relictis rebus, jussit Pamphilum
*Hodiè observare, ut quid ageret de nuptiis*
*Scirem. id propterea nunc hunc venientem sequor.*
*Ipsum adeo præstò video cum Davo, hoc agam.*
S. *Utrumque adesse video.* D. *hem serva.* S. *Pamphile*

D. *Quasi*

*Nam. Miscel. 1. timueris hæc (pro ob hæc) quæ facit.

d Id est, times. Virg. Æneid 1. At speratè Deos

e Cavendum est Donat.

f Imperiosè naliter, tanquam arduum & grave.

a Actio tribus rebus constat: cogitando, dicendo, gerendo.

b Id est, disturbet

c Commutare verba, est pro bonis dictis mala ingerere.

a Iterum mitè, eum omnes consultissimè sibi agere videantur, omnes inopinato rerum exitu ludificãtur.

D. Quasi de improvisa respice ad eum. P. hem pater.
D. Probè. S. hodie uxorem ducas, ut dixi, volo.
B. Nunc nostræ parti timeo, quid hic respondeat.
P. [b] Neq; istic, neq; alibi tibi usquam erit in me mora. B. hem!
D. Obmutuit. B. Quid dixit? S. facis, ut te decet,
Cùm istuc, quod jussi, impetro cum gratiâ.
D. Sum verus: B. herus, quantum audio, uxore excidit.
S. I jam nunc intrò, ne in morâ, cùm opus sit, sies.
P. Eo. B. [c] nullane in re esse homini cuiquam fidem?
Verum illud verbum est, vulgò quod dici solet,
[d] OMNES sibi malle malle, quàm alteri.
Ego illam vidi virginem: formâ bonâ
Memini videre: quo æquior sum Pamphilo,
Si se illam in somnys, quàm illum, amplecti maluit,
Renunciabo, ut pro hoc malo mihi det malum.

[b] Verum Pamphili responsum.

[c] ἐπιφώνημα. Sic Virgil. 4. Æneid. Nusquam tuta fides Juvenal. Fronti nulla fides.

[d] Eurip. Med. ὡς πας τις αυτὸν τῆς πέλας μᾶλλον φιλεῖ.

## ACTVS II. SCENA VI.

*Arg.* Davus Simonem, & Davum Simo fallit. quæ res non injucunda est.

*Eiusdem metri.*

DAVVS, SIMO.

HIc [a] nunc me credit aliquam sibi fallaciam
Portare, & ea me hîc restitisse gratia.
Quid Davus narrat? D. æquè quidquam nunc quidem.
S. Nihil ne? hem. D. nihil prorsus. S. atqui expectabam quidem.
D. Præter spem evenit: sentio: hoc malè habet virum.
S. Potin' es mihi verum dicere? D. nihil facilius.
S. Num illi molestæ quippiam hæ sunt nuptiæ,
Hujusce propter consuetudinem hospitæ?
D. Nihil hercle: aut si [b] paulò bidui est, aut tridui
Hæc sollicitudo: nostin'? unde desinet:
Etenim eam secum rem recta reputavit via.
S. Laudo. D. dum licitum est illi, dumq; ætas tulit,
Amavit: tum id clam; [c] cavit, ne unquam infamiæ
Ea res sibi esset, ut virum fortem decet.
Nunc uxore opus est: animum ad uxorem appulit.
S. [d] Subtristis visus est esse aliquantulum mihi.
D. Nihil propter hanc rem: sed est, quod succenset tibi.

[a] Davus ita loqui videtur, ut spectator tantùm audiat, sic tamen ait, ut velit audiri a Simone.

[b] Fallacia alia aliam tradit.

[c] Quid in amore cavendum.

[d] Sub significatum temperat ut subridet.

S. *Quidnam est? D. puerile est? S. quid est? D. nihil. S. quin dic quid est.*

D *Ait nimium parcè facere sumptum. S. ménc? D. te.*
*Vix, inquit,* [c] *drachmis obsonatus est decem:*
*Num filio videtur uxorem dare?*
*Quem, inquit, vocabo ad cœnam meorum æqualium*
*Potissimum nunc? &, quod dicendum hîc fiet,*
*Tu quoque perparcè nimium.* [f] *non laudo. S. tace.*
D. *Commovi. S. ego, istæc ut rectè fiant, videro.*
*Quidnam hoc rei est? quidnam hic volt* [g] *veterator sibi?*
*Nam si hîc mali est quidquam, hem illic est huic rei caput.*

ACTVS III. SCENA I.

Arg. Simo præ nimia sagacitate mirum in modum fallitur, partum simulari credens, qui verus erat.

*Eiusdem mensura.*

MYSIS, SIMO, DAVVS, LESBIA, GLYCERIVM.

*ITa pol quidem res est, ut dixti, Lesbia:*
*Fidelem haud fermè mulieri invenias virum.*
S. [a] *Ab Andriâ est ancilla hæc, quid narras? D. ita est.*
M. *Sed hic Pamphilus. S. quid dicit? M. firmavit fidem. s. hem.*
D. *Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.*
M. *Nam quod peperisset, jussit tolli. s. ô Iupiter,*
*Quid ego audio! actum est, siquidem hæc vera prædicat.*
L. *Bonum ingenium narras adolescentis. M. optimum:*
*Sed sequere me intrò, ne in morâ illi sis. L. sequor.*
D. *Quod remedium nunc huic malo inventam? s. quid hoc?*
*Adeon' est demens? ex peregrinâ? jam scio, ah*
*Vix tandem sensi stolidus. D. quid hîc sensisse se ait?*
S. *Hæc primùm adfertur jam mihi ab hoc* [b] *fallacia.*
*Hanc simulant parere, quò Chremetem absterreant.*
G. *Iuno Lucina fer opem, serva me obsecro.*
S. *Hui, tam citò? vidiculum, postquam ante ostium*
*Me audivit fiare, approperat. Non sat commodè*
*Divisa sunt temporibus tibi Dave hæc. D. Mihin'?*
S. [c] *Num immemor es* [d] *discipuli? D. ego, quid narres, nescio.*
S. *Hiccine, si me imparatum in veris nuptiis*
*Adortus esset, quos mihi ludos redderet?*
*Nunc hujus periculo sit,* [e] *ego in portu navigo.*

A C-

[a] Drachma ex xviij. siliquis constat, id est, ex tribus scrupulis, est autem planè denarius.
[f] Modestia utitur, non enim dicit, reprehendo.
[g] Veterator induratus, & tritus in astutia.
[a] Oeconomia comica sæpè sic se habet, ut casu putetur evenisse, quod consilio factum sit.
[b] Deceptio senis ex suspicione.
[c] Lesb. & Mysis, anne rectè agunt causam Pamphili tui, vel solicitusne es satis de Pamphilo?
[d] Id est, Pamphili.
[e] μετάφορα, ex nave, quiete.

## ACTVS III. SCENA II.

Arg. Lesbia egrediens narrat, quo statu sit Glycerium puerpera, simul agit de danda illi potione, imitata medicos, qui præscribere solent ægrotis omnia ad esum potumque pertinentia, deinde Simo & Davus de puero nato callidè altercantur.

*Trochaici, iambici, mixti senarij & octonarij, catalectici, & acatalectici, quibus interpositi sunt locis bini quaternarii.*

LESBIA, SIMO, DAVVS.

L. A Dhuc Archillis, quæ [a] adsolent, quæque oportet,
[b] Signa ad salutem esse, omnia huic esse video.
Nunc primum fac, istæc ut lavet: post deinde,
Quod jussi ei dare bibere, & quantum imperavi,
Date: mox ego huc revertor.
Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo.
Deos quæso, ut sit superstes: quandoquidem ipse est ingenio bono,
Cumque huic veritus est optumæ adolescenti facere injuriam.
S. [c] Vel hoc quis non credat, qui nôrit te, abs te esse ortum? D. quidnam id est?
S. Non imperrabat coram, quid opus facto esset puerperæ:
Sed postquam egressa est, illis, quæ sunt intus, clamat de viâ.
O Dave, itán' contemnor abs te? aut itáne tandem idoneus
Tibi videor esse, quem tam apertè fallere incipias dolis?
Saltem accurate, ut metui videar, certe si resciverim.
D. [d] Certè bercle nunc hic se ipsus fallit, haud ego. S. edixin' tibi?
Interminatus sum, ne faceres? num [e] veritus? quid retulit?
Credon' tibi hoc, nunc peperisse hanc è Pamphilo?
D. Teneo quid erret: quid ego agam, habeo S. quid taces?
D. quid credas? quasi non tibi renunciata sint hæc sic fore.
S. [f] Mihin' quisquam? D. cho, an tute intellexti hoc adsimulárier? S. irrideor.
D. Renunciatum est: nam quî istæc tibi incidit suspicio?
S. Quî? quia te nôram. D. quasi tu dicas, factũ id consilio meo.
S. Certè enim scio. D. non satis me pernosti etiã, qualis sim, Simo.
S. [g] Egóne te? D. sed, si quid narrare occœpi, cen' invò dari
Tibi verba censes. S. falsò. D. itaq; bercle nihil jã mutire audeo.
S. Hoc ego scio unum, neminem peperisse hîc. D. intellextin'?
Sed nihilo seciùs mox [h] deferent puerum huc ante ostium.

[a] Adsolent, consuetudinis est: oportet, necessitatis.
[b] Medici adhuc futurarũ etsi incertũ, præsentibus indiciis firmam valetudinem pollicentur.
[c] Id est, etiam locus ab incongruentiâ rei & temporis. Cic. pro *Flacco*: vel quod est in eodem decreto scriptũ
[d] Davus hæc secum.
[e] Verecundia liberi est, servi verò metus.
[f] Hoc ad senis perspicaciam spectat: quasi dicat ego ipse intelligo.
[g] Ista pronomina vehementiam habent.
[h] Vbi sentit seni nondũ persuasum hanc parere, affirmat servus hanc parere: & tamẽ ita narrat, ut opinionẽ seni faciat simulari partũ.

Id

*Id ego jam nunc tibi renuncio here futurum, ut sis sciens:*
*Ne tu hoc posterius dicas, Davi factum consilio, aut dolis.*
*Prorsus à me opinionem hanc tuam esse amotam volo.*
S. *Unde id scis?* D. *Audivi & credo.* S. *multa concurrunt simul,*
*Quæ*[i] *conjecturam hanc nunc facio: jam primum hæc se à Pamphilo*
*Gravidam dixit esse, inventum est falsum: nunc postquã videt*
*Nuptias domi apparari, missa est ancilla illicò*
*Obstetricem accersitum ad eam, & puerum ut adferret simul,*
D. *Hoc nisi sit, puerum ut tu videas, nil*[k] *movemur nuptiæ.*
S. *Quid ais? cum intellexeras,*
*Id*[l] *consilij capere, cur non dixti extemplò Pamphilo?*
D. *Quis igitur eum ab illâ abstraxit, nisi ego? nam omnes nos quidem*
*Scimus, quàm miserè hanc amârit: nunc sibi uxorem expetit:*
*Postremò id mihi da negotij, tu tamen idem has nuptias*
*Perge facere, ita ut facis, & id spero adjuturos Deos.*
S. *Immò abi intrò, ibi me operire, & quod parato opus est, para.*
*Non*[m] *impulit me, hæc nunc omninò ut crederem.*
*Atque haud scio, an quæ dixit, sint vera omnia:*
*Sed parvi pendo, illud mihi multo maxumum est,*
*Quod mihi pollicitus est ipsus gnatus, nunc Chremem*
*Conveniam: orabo gnato uxorem: si impetro,*
*Quid aliàs malim, quàm hodiè has fieri nuptias?*
*Nam gnatus quem*[n] *pollicitus est, haud dubium est mihi, id*
*Si nolit, quin eum meritò possim cogere.*
*Atque adeò in ipso tempore eccum ipsum obvium Chremem.*

[i] Multis signis conjectura constat.
[k] Id est, perturbantur.
[l] Pamphilum ab amore divertisse asserit.
[m] Vide quam disertè & Latinè Simo hæc secum.
[n] Pollicitatio est magnarum rerum promissio.

## ACTVS III. SCENA III.

**Arg.** Congressu duorum senum, ex falsis veræ fiunt nuptiæ.

*Iambici octonarij, & senarij acatalectici, unus quaternarius, ad finem octonarij catalectici.*

SIMO, CHREMES.

S. IVbeo[a] *Chremetem.* C. *oh, teipsum quærebam.* S. *& ego te.*
C. *optatò advenis.*
[b] *Aliquot me adiêre, ex te auditum qui aiebant, hodiè filiam*
*Meam nubere tuo gnato: id visò, túne, an illi insaniant.*
S. *Auscultà paucis: & quid ego te velim, et tu quod quæris, scies.*
C. *Auscultò: loquere, quid velis.*

[a] Jubemus verbis: volumus animo.
[b] Ex fictis nuptijs veræ fiunt, id que initium est epitasis: periculi in fabula.

S. *Per*

S. Per ego te Deos oro, & noſtram [c] amicitiam, Chreme,
Quæ incepta à parvis, cum ætate accrevit ſimul,
Per id, unicam gnatam tuam & gnatum meum,
Cujus tibi poteſtas ſumma ſervandi datur;
Vt me adjuves in hac re, atque ita, ut nuptiæ
Fuerant futura, ſi nunc. C. [d] ah, ne me obſecra:
Quaſi hoc te oranda à me impetrare oporteat.
[e] Alium eſſe cenſes nunc me, atque olim, cùm dabam?
Si in rem eſt utrique, ut fiat, accerſi jube;
Sed ſi ea re plus mali eſt, quàm commodi
Vtrique, id oro te, in commune ut conſulas,
[f] Quaſi illa tua ſit, Pamphilique ego ſim pater.
S. Immò ita volo, itaque poſtulo ut fiat, Chreme:
Neque poſtulem abs te, niſi ipſa res moneat. C. quid eſt?
S. Iræ ſunt inter Glycerium, & gnatum. C. audio.
S. Ita magnæ, ut ſperem poſſe avelli. C. fabulæ.
S. Profectò ſi eſt. C. hercle, ut dicam tibi:
AMANTIVM iræ, amoris [*] integratio eſt.
S. Hem id te oro, ut eamus, dum tempus datur,
Dúmque ejus lubido occluſa eſt contumeliis,
[g] Priuſquam harum ſcelera & lacrymæ confictæ dolis
Reducant animum ægrotum ad miſericordiam,
Vxorem demum, ſpero conſuetudine, &
Conjugio liberali [*] devictum, Chreme,
Dehinc facilè ex illis ſeſe emerſurum malis.
C. Tibi ita videtur, at ego non poſſe [h] arbitror,
Neque illum hanc perpetuò habere, neque me pergeti.
S. Quî ſcis ergò iſtuc, niſi periculum feceris?
C. At iſtuc periculum in filiâ fieri, grave eſt.
S. Nempe incommoditas denique huc omnis redit,
Si eveniat, [i] quod dî prohibeant, diſceſſio.
At ſi corrigitur, quot commoditates, vide.
[k] Principio amico filium reſtituëris:
Tibi generum firmum, & filiæ invenies virum.
C. Quid iſtuc? ſi iſtuc animum induxti eſſe utile,
Nolo tibi ullum commodum in me claudier.
S. Meritò te ſemper maximi feci, Chreme.

[c] Commendatio amicitiæ à vetuſtate, & eſt obteſtatio à rebus de quibus agitur.
[d] Vox plena officii & charitatis.
[e] Ab utili accurata locutio.
[f] Suaviſſima commutatio eſt à poſſibili.
[*] Vulgo redintegratio eſt.
[g] Invidioſiùs cum de unâ tantùm loquitur.
[*] Alias diſjunctum.
[h] Chremes Pamphili amorem ſuſpectum habet.
[i] Parentheſis, per ἐυτηλεσμὸν ab honeſto & utili.
[k] Diluit ſummatim omnes objectiones.

C. Sed

C. *Sed quid ais? S. quî scis eos nunc discordare inter se?*
S. *Ipsus mihi Davos, qui* [l] *intimus est eorum consiliis, dixit:*
*Et is mihi suadet, nuptias quantum queam ut* [m] *maturem,*
*Num censes faceret, filium nisi sciret eadem hæc velle?*
*Tute adeò jam ejus verba audies, heus evocate huc Davum.*
*Sed eccum, video ipsum foras exire.*

l Testis commendatio.
m Virg. Maturate fugã rẽgique hæc dicite vestro

## ACTVS III. SCENA IV.

Arg. Davus, seni insultans, hortatur eum ad faciendas nuptias: non enim putabat fore, ut fic agerentur: cum igitur videt herum seriò de tradenda filia colloqui cum Chremete, anxius & exanimatus redditur.

*Iambici octonarii, & unus quaternarius.*

DAVVS, SIMO, CHREMES.

*AD* [a] *te ibam. S. quidnam est?*
D. *Cur non accersitur? jam adveſperascit, S. audin' tu illũ?*
*Ego dudũ nomihil veritus sum Dave abs te, ne faceres idem*
*Quod volgus servorum solet, dolis ut me deluderes,*
*Propterea quòd amat filius. D. Egon' istuc facerem? S. credidi.*
*Id ý. adeò metuens, vos celavi, quod nunc dicã. D. quid? S.* [c] *scies*
*Nã propemodũ habeo jam tibi fidẽ, D. tãdem cognõsti, qui siem*
*S. Non fuerant nuptiæ futuræ. D.* [d] *quid non? S. sed eâ gratiâ*
*Simulavi, vos ut pertentarem. D. quid ais? S. sic est res. D. vide.*
*Nunquam quivi ego istuc intelligere. vah. consilium callidum.*
*S. Hoc audi, ut hinc te jussi introire, opportunè hic fit mihi obviam.*
*D. Hem! numnã perimus? S. narro, quæ tu dudũ narrãsti mihi.*
*Quidnã audio. S. gnatã ut det,* [e] *oro, vixq; id exoro. D. occidi.*
*S. Hem, quid dixti? D. optumè, inquam, factum. S. nunc per*
*hunc nulla est mora.*
*C. Domũ modò ibo: ut apparentur, dicam, atq; huc renuncio.*
*S. nunc te oro, Dave, quoniam solus mihi effeciſti has nuptias.*
*D. Ego verò solus. S. corrigere mibi gnatum porrò enitere.*
*D.* [f] *Faciã hercle sedulò. S. potes nunc, dum animus irritatus est.*
*D. Quiescas. S. age igitur, ubi nunc est ipsus? D.* [g] *mirum ni*
*domi est.*
*S. Ibo ad eum, atque eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam itidem*
*illi D. nullus sum.*
*Quid causæ est, quin hinc in pistrinum rectà proficiscar viâ?*
*Nihil est preci loci relictum: jam perturbavi omnia:*

a Ad epitasin periculi pertinet, quòd eò res redit, ut Davi consilia obsint Pamphilo.
b Gravis oratio ab hoc pronomine plerumque inchoatur.
c Simo rem Davo aperit.
d Versuta Davi dissimulatio.
e Sic alibi, Orator ad vos venio, finite exorator ut siem
f Pollicetur, quòd minimè intendit.
g Cantè Davus callidam interrogationem excipit.
h Ad hunc modum ferè fingit Terentius consilia callidissima fallere.

Rerum

*Herum fefelli: in nuptias conjeci berilem filium;*
*Feci hodie, ut fierent, insperante hoc, atq; invito Pamphilo,*
*Hem astutias, quòd si quiêssem, nihil evenisset mali.*
*Sed eccum ipsum video, occidi:*
*Vtinam mihi esset aliquid hîc, quo nunc me præcipitem darem*

[f] Ironia est, sibi enim omne malum adscribit.

## ACTVS III. SCENA V.

Arg. Stomachatur Pamphilus, quòd dolosum Davi consilium secutus, responderit patri, se ducturum uxorem.

*Iambici, octonarii, permixti trochaici.*

PAMPHILVS, DAVVS

P. Vbi illic scelus est, qui me perdidit? D. perii. P. atque hoc confiteor
*Iure obtigisse: quandoquidem tam iners, tam nulli consilî*
*Sum, servon' fortunas meas me commisisse [a] sutili.*
*Ergo pretiũ ob stultitiã fero sed multũ id nũquã à me auferet.*
D. Posthac incolumem sat scio fore me, nunc si hoc devito malũ.
P. Sed quid ego nunc dicam? patri negabon' velle me, modò
*qui sum pollicitus ducere? quâ fiduciâ id facere audeam?*
*Nec [b] quid me nunc faciam, scio.* D. nec de me equidem, atque id ago sedulò.
*Dicam aliquid jam inventurum, ut huic malo aliquam producam moram.* P. Ob. (tuis
D. Visus sum. P. ehodum bone vir, [c] quid ais, vîden' me, consiliis
*Miserum impeditum esse?* D. at jam expediam. P. Expedies:
D. certè Pamphile.
P. Nempe ut modò. D. immò meliùs, spero. P. oh, tibi ego ut credam furcifer?
*Tu rem impeditam, & perditam restituas? hem, quo fretus sim*
*Qui me hodie ex tranquillissimâ re conjeciſti in nuptias?*
*Annon dixi hoc esse futurum?* D. dixti. P. quid meritus es? D. * crucem.
*Sed paululum sine ad me ut redeam: jam aliquid [d] despieiam.*
P. Hei mihi,
*Cur non habeo spatium, ut de te sumam supplicium, uti volo?*
*Namque hoc tempus præcavere mihi me, haud te ulcisci sinit.*

a Metaphoricè, à vase futili, & remoso ductis in summo periculo usurpatum.
b Vterque cõsilii inops.
c Gravis interrogatio cum ironia.
* Rei convicti Athenis rogabantur, quid sibi ipsis viderentur meruisse. De Socrate notum. Vide Nannii Mitlib. 11.
d Sic Donatus, est autem dispicere, disquirere consilium.

## ACTVS IV. SCENA I.

Arg. Hæc scena potissimùm continet jurgiũ Charini in Pamphilũ.

*Inutio cretici, postea octonarii trochaici, & iambici, demùm iambici senarii, & rursus octonarii.*

CHARI-

CHARINVS, PAMPHILVS, DAVVS.

C. HOccine [a] credibile eſt, aut memorabile,
Tanta * vecordia innata cuiquam ut ſiet,
Vt malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius ſua uti comparent commoda? ah,
Idne eſt verum? immò id genus hominum eſt peſſimum,
In denegando modò queis pudor eſt paululum,
[b] Poſt ubi jam tempus eſt promiſſa perfici,
Tum coacti neceſſariò ſe aperiunt, & timent,
Et tamen res cogit eos denegare. Ibi
Tum impudentiſſima eorum oratio eſt:
Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus:
Proxumus ſum egomet mihi: attamen ubi fides eſt,
Si roge, nihil pudet: hîc, ubi opus eſt,
Non verentur: illic, ubi nihil opus eſt, ibi verentur. (ſtulem?
Sed quid agam? adeamne ad eũ, & cum eo injuriã hanc expo-
Mala ingeram multa: atque aliquis dicat, nihil promoveris.
Mul ùm moleſtus certè ei fuero, atque animo morem geſſero.

P. [c] Charine, & me, & te imprudens, niſi quid dii reſpiciunt, perdidi.

C. [d] Itáne imprudens? tandem inventa eſt cauſa, ſolviſti fidem.

P. Quid tandẽ? C. etiã nunc [e] ſubducere iſtis dictis poſtulas?

P. Quid iſtuc eſt? C. Poſtquã me amare dixi, cõplacita eſt tibi,
Heu me miſerum, qui tuum animum ex animo ſpectavi meo.

P. Falſus es. C. non tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidum eſt gaudium,
Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres?

P. [f] Habeas? habeam? ah, neſcis, quantus in malis verſer miſer,
Quantáſque bi ſuis conſiliis mihi confecit ſollicitudines
Meus carnifex: C. quid iſtuc tam mirum eſt? de te exemplum capit.

P. Haud iſtuc dicas, ſi cognoris vel me, vel amorem meum.

C. Scio, cum patre altercãſti dudum, & is nunc propterea tibi
Succenſet, nec te quivit bodie cogere, illam ut duceres.

P. [g] Immò etiam, quò tu minùs ſcis ærumnas meas,
Hæ nuptiæ non apparabantur mihi,
Nec poſtulabat nunc quiſquam uxorem dare.

C. Scio: coactus tuâ [h] voluntate es. P. mane,

Nondùm

[a] Exordium narrationis ad Pamphil. inſtituræ. Pathos à perfidiæ deteſtatione, eſt que locus communis.
* Animi malignitas, & inhumanitas Nannii Miſcel. I.
[b] Id uſu venit inter fœdifragos.
[c] Defenſio ab imprudentia.
[d] Propoſitio.
[e] Subducere Græca figura eſt pro decipere: illi enim ὑφαιρεῖν eodem modo uſurpant.
[f] Permiſſio Ironica.
[g] Pamphil. excuſat imprudentiam.
[h] Charinus arguit voluntatem.

*Nondùm scis? C. scio equidem illam ductúrum esse te.*
*P. Cur me enecas? hoc audi, nunquam destitit*
*Instare, ut dicerem esse ductúrum patri:*
*Suadere, orare, usque adeò donec perpulit.*
*C. Quis homo istuc? P. Davos. C.* [k] *Davos! P.* [*] *Davos omnia.*
*C. Quamobrem? P. nescio, nisi mihi Deos satis*
*Scio fuisse iratos, qui auscultaverim.*
*C. Factum est hoc Dave? D. factum est. C. hem, quid ais scelus?*
*At tibi dii dignum factis exitium duint.*
*Ebo,* [l] *dic mihi, si omnes hunc conjectum in nuptias*
*Inimici vellent, quod, ni hoc, consilium darent?*
*D. Deceptus sum, at non defatigatus. C.* [m] *scio.*
*D. Hûc non successit, aliâ aggredicmur viâ:*
*Nisi id putas, quia primò processit parùm,*
*Non posse jam ad salutem converti hoc malum.*
*P. Immò etiam: nam satis credo, si advigilaveris;*
*Ex unis geminas mihi conficies nuptias.*
*D. Ego Pamphile hoc tibi pro* [n] *servitio debeo,*
*Conari manibus, pedibus, voce ésque, & dies,*
*Capitis periculum adire, dum prosim tibi.*
*Tuum est, si quid præter spem evenit, mihi ignoscere.*
*Parùm successit quod ago: at facio* [o] *sedulò.*
*Vel melius tu aliud reperi: me missum face.*
*P. Cupio, restitue, in quem me accepisti locum.*
*D. Faciam. P.* [p] *at jam hoc opus est. D. hem, st, mane:*
*Crepuit â Glycerio ostium*
*P. Nihil ad te. D. quæro. P. hem, nuncine demùm?*
*D. At jam hoc tibi inventum dabo.*

[i] Instare, sudere, orare, cum vehementiâ dicit.
[k] Davos cum admiratione pronunciandum.
[*] Aliis interturbat.
[l] Hoc semper injuriosum. Virg. Dic mihi Damœta cujum pecus.
[m] Ironicè dicendum.
[n] Servitium pro servitute posuit.
[o] Id est, sine dolo.
[p] Id est, omnia mihi salva redde.

## ACTVS IV. SCENA II.

Arg. Pollicetur hîc Pamphilus Mysidi, nunquam se desertúrum Glycerium, etiamsi omnes homines sibi ob id infestos sit habiturus.

*Iambici, octonarii, catalectici.*

MYSIS, PAMPHILVS, CHARINVS, DAVVS.

M. [a] *Iam ubi ubi erit, inventum tibi curabo, & mecum adductum*
*Tuum Pamphilum:* [b] *tu modò, anime mi, noli te macerare.*
*P. Mysi. M. quid est? hem Pamphile, optumè mihi te offers. P. quid est?*

[a] Confirmatur animus Pamphili, ne deserat Glycerium, cuius accersitur.
[b] Mollis & blanda oratio est.

M. Orge

M. Orare jussit, si se ames, hera, jam ut ad sese veniàs:
Videre ait te cupere. P. vah, perii: hoc malum integrascit.
Siccine me atque illam operâ tuâ nunc miseros sollicitarier?
Nam idcirco accersor, nuptias quòd mihi apparari sensit.
C. Quibus quidem quàm facilè poterat quiesci, si hic quiesset.
D. Age, si hic non insanit satis suâ sponte, instiga. M. atq; edepol,
Ea res est, propter quam nunc misera in mœrore est. P. Mysis,
Per omnes tibi adjuro deos: nunquam eam me deserturum,
Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes homines.
Hanc mihi expetivi, contigit: conveniunt mores: valeant
Qui inter nos dissidium volunt. Hanc, nisi mors, mihi adimet nemo.
C. Respicio. P. non Apollinis magis verũ, atq; hoc responsum est.
Si poterit fieri, ut ne pater per me stetisse credat,
Quò minùs hæ fierent nuptiæ, volo: sed si id non poterit;
Id faciam, [c] in proclivi quod est, per me stetisse ut credat.
Quis videor? C. miser æquè atque ego. D. consilium quæro.
C. fortis es.
Scio, quid conve. D. hoc ego tibi profectò effectum reddam.
P. Iam hoc opus est. D. quin jam habeo. C. quid est? D. huic, non tibi, habeo, * ne erres.
C. Sat habeo. P. quid facies? cedò. D. dies hic mihi ut satis sit dicor
[c] Ad agendum: ne vacuum esse me nunc ad narrandũ credas.
Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento estis.
P. Ego hanc visam. D. quid tu? quò hinc te agis? C. verum vis dicam? D. immò etiam:
Narrationis incipit mihi initium. C. quid me fiet?
D. Ebo tu impudens, non satis habet, quod tibi dicculam addo.
Quãtũ huic promoveo nuptias? C. Dave, attame. D. quid ergò?
C. Vt ducam. D. ridiculum. C. huc fac ad me ut veniàs, si quid poteris.
D. Quid veniam? nihil habeo. C. attamen si quid. D. [f] age, veniam. C. siquid,
Domi ero. D. tu Mysis, dum exeo, parumper me hîc opperire.
M. Quapropter? D. ita factio opus est. M. Matura. D. jam, inquam, hîc adero.

[e] Plautus in captivis, & Cæsar proclive pro facile simpliciter dixit.
* Deterret Charinum.
* Callidus servus dominis imperat.
[f] Age, vox concedentis est.

AC.

## ACTVS IV. SCENA III.

Arg. Mysis heræ suæ de Pamphilo malè, ut videbatur, metuentis, fortunam deplorat.

*Iambici senarij.*

MYSIS.

M. *NIhilne esse proprium cuiquam? Di, vostram fidem.*
*Summũ bonum esse heræ putabam hunc Pamphilum,*
*g Amicum, amatorem, virum in quovis loco*
*Paratum: verùm ex eo nunc misera quem capit*
*Dolorem! facilè hîc plus mali est, quàm illic boni.*
*Sed Davus exit, mi homo, quid istuc obsecro est?*
*Quò portas puerum?*

g Amicus est animi, amator corporis.

## ACTVS IV. SCENA IV.

Arg. Consistit hæc scena in gestu potissimùm: Davus enim puerum ad ostium Simonis defert, ut ita Chremes à nuptijs deterreatur.

*Eiusdem generis.*

DAVVS, MYSIS.

D. *MYsis, nunc [a] opus est tuâ*
*Mihi ad hanc rem & promptâ memoriâ, atq; astutiâ.*
M. *Quidnam incepturus? D. accipe à me hunc ocyus,*
*Atque ante nostram januam appone. M. obsecro,*
*Humine? D. ex aræ hinc sume verbenas tibi,*
*Atque eas substerne. M. quamobrem id tute non facis?*
*D. Quia, si fortè opus, ad herum [b] jusjurandum mihi*
*Non apposuisse, ut liquidò possim. M. intelligo.*
*Nova nunc [c] religio unde in te istæc incessit, cedo?*
*D. Move ocyus te, ut quid agam, porro intelligas.*
*Prô Iupiter! M. quid? D. sponsæ pater intervenit,*
*Repudio consilium, quod primum [d] intenderam.*
*M. Nescio quid narras. D. ego quoque hinc ab dextera*
*Venire me adsimulabo. Tu, ut subservias*
*Orationi, utcunq; opus sit verbis, vide.*
*M. Ego quid agas, nihil intelligo: sed, si quid est,*
*Quòd meâ operâ opus sit vobis, aut tu plus vides,*
*Manebo, ne quid vostrûm [e] remorer commodum.*

a Audax consilium, quo res magis perturbata fuisset, nisi casu emersisset ex his malis Pamphilus.

b Donatus legit jurandum.

c Servũ nolle mentiri, nova religio est.

d Metaph. à venatoribus sumpta.

e Id est, impediam, retineam, à re mora pisce navem sistente.

## ACTVS IV. SCENA V.

Arg. In hac scena Chremes puerum ex Glycerio natum audit, & illam civem esse Atticam, ut sic à nuptijs deterreatur.

*Iambici senarij, quibus permixti videntur bini septenarij.*

CHREMES, MYSIS, DAVVS.

a Summa nuptiarum potestas in patre puellæ sita est.

C. REvertor, [a] postquam, quæ opus fuêre ad nuptias
Gnatæ, paravi, ut jubeam accersi. Sed quid hoc?
Puer hercle est. Mulier, tún' apposuisti hunc? M. ubi
Illic est? C. non mihi respondes? M. hem, nusquam est. Perii
miseræ mihi,
Reliquit me homo, atque abiit. D. Di vostram fidem!
Quid turbæ est apud forum? quid illic hominum litigant!
Tum annona cara est. Quid dicam aliud, nescio.
M. Cur tu obsecro hic me solam? D. [b] hem, quæ hæc est fabula?
Eho Mysis, puer hic unde est? quisve huc attulit?
M. Satin' sanus es, qui me id rogites? D. quem igitur rogem?
Qui hîc neminem alium video? C. miror unde sit.
D. Dicturán' quod rogo? M. [c] au. D. concede ad dextram.
M. Deliras, non tute ipse? D. verbum si mihi
Unum, præterquam quod te rogo, faxis, cave.
M. [d] Malè dicis. D. unde est? dic clare. M. à vobis. D. ha, ha,
Mirum verò, impudenter mulier si facit meretrix.
C. Ab Andriâ est ancilla hæc, quantum intelligo.
D. Adeón' videmur vobis esse idonei,
In quibus sic illudatis? C. veni in tempore.
D. Propera adeò puerum tollere hinc ab januâ.
Manc, cave quoquam ex istoc excessis loco.
M. Dii te eradicent, ita me miseram territas.
D. [f] Tibi ego dico, an non? M. quid vis? D. at etiam rogo.
Cedo, cujum puerum hîc apposuisti, dic mihi?
M. Tu nescis? D. mitte id quod scio: dic, quod rogo.
M. Vestri. D. cujus vestri? M. Pamphili. D. hem, quid? Pamphili?
M. Eho, an non est? C. rectè ego semper fugi has nuptias.
D. [g] O facinus animadvertendum! M. quid clamitas?
D. Quemne ego heri vidi ad ad vos adferri vesperi?
M. O hominem audacem! D. verum vidi [h] Cantharam
Suffarcinatam. M. Diis pol habeo gratias,
Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ.
D. Næ illa illum haud novit, cujus causâ hæc incipit.
Chremes, si positum puerum ante ædes viderit,
Suam gnatam non dabit. M. tantò hercle magis dabit.
C. Non hercle [i] faciet. D. nunc adeò, ut tu sis sciens,

b Admiratio cum exclamatione.

c Au, interjectio est consternatæ mulieris.

d Malè dicis, pro commiseraris, ornatus sermo.

f Davi versutia jurgiis repetit.

g Aposiopesis.

h Nanthius mavult cantharum, intelligens fictile vas, in quo puerum suppositivum doceat adferri potuisse. Vid. Misc. lib. 1.

i Tertiam personam de se facit.

*Vi puerum tollis, jamjam ego hunc mediam in viam*
*Provolvam, teq; ibidem * pervolvam in luto.*
M. *Tu pol homo non es sobrius.* D. [h] FALACIA
*Alia aliam trudit. Iam susurrari audio,*
*Civem Atticam esse hanc.* C. *hem:* D. *coactus legibus*
*Eam uxorem ducet.* M. *au obsecro, annon civis est?*
C. *Iocularium in malum insciens penè incidi.*
D. [i] *Quis hic loquitur? ô Chreme per tempus advenis:*
*Ausculta.* C. *Audivi jam omnia.* D. *anne tu omnia?*
C. *Audivi inquam à principio.* D. *audistin' obsecro? hem*
*Scelera: havc jam oportet in cruciatum hinc abripi.*
*Hic* [k] *ille est: non te credas Dævum ludere.*
M. *Me miseram: nihil pol falsi dixi,* [l] *mi senex.*
C. *Novi rem omnem; sed est Simo intus?* D. *intus est.*
M. *Ne me attingas, sceleste,* [m] *si pol Glycerio non omnia hæc.*
D. *Eho inepta, Nescis quid sit actum.* M. *quid sciam?*
D. *Hic socer est. Alio pacto haud poterat fieri,*
*Vt sciret hæc quæ volumus.* M. *hem, prædiceres,*
D. *Paulùm interesse censes, ex animo omnia,*
*Vt fert natura, facias, an de* [n] *industriâ?*

* Proluam legendum putat. Nann. Mis. lib. 1.

[h] Mendacem memorem esse oportet, ut est in proverbio.

[i] Davi callidi-tas.

[k] Ille emphasin habet sed per Ironiam dicitur

[l] Subpalpitatio mulieris.

[m] Apostopesis.

[n] Id est, providentia.

## ACTVS IV. SCENA VI.

Arg. Crito veniens ex Andro Athenas, de Glycerio percontatur, an parentes repererit suos: audiens nondum reperisse, dolet, quòd videat hoc sibi obfuturum in adeunda hæreditate.

*Iambici Senarij.*

CRITO, MYSIS, DAVVS.

C. [a] *IN hac habitâsse plateâ dictum est Chrysidem,*
*Quæ se inhonestè optavit * parare hîc divitias*
*Potiùs, quàm in patriâ honestè pauper vivere.*
*Ejus morte ea ad me lege redierunt bona.*
*Sed quos perconter video, salvete.* M. *obsecro.*
*Quem video? est ne hic Crito, sobrinus Chrysidis?*
C. *Is est, ô Mysis, salve!* M. *salvos sis Crito.*
C. * *Itán' Chrysis, hem.* M. *nos quidem pol miseras perdidit.*
C. *Quid vos? quo pacto hîc? satísne rectè?* M. *nósne? sic*
*Vt quimus, aiunt, quando ut volumus, non licet.*
C. *Quid Glycerium? jam hîc suos parentes reperit?*
M. *Vtinam.* C. *an nondùm etiam? haud auspicatò hue me appuli:*

[a] Occasio extat trophes: nam senex casu interveniens discutit periculũ.

* Ioan. Rivius ex Probo legit parere.

* Chrysis scilicet periit

e Hæc singula emphasin habent.

c *Nam pol, si id scissem, nunquam huc retulissem pedem:*
*Semper enim ejus dicta est hæc, atque habita est soror.*
*Quæ illius fuerunt, possidet; nunc me hospitem*
*Lites sequi, quàm hic mihi sit facile, atque utile,*
*Aliorum exempla commonent, simul arbitror,*
*Iam esse aliquem amicum, & defensorem ei: nam ferè*
*Grandiuscula jam profecta est illinc, clamitent,*
*Me* d *sycophantam hæreditatem persequi,*
*Mendicum, tum ipsam despoliare non licet.*
M. *Optume hospes, pol Crito,* e *antiquum obtines.*
D. *Duc me ad eam, quando huc veni, ut videam.* M. *maxume.*
D. *Sequar hos: nolo me in tempore hoc videat senex.*

d Id est, calumniatorem.

e Scilicet morem aut ingenium.

ACTVS V. SCENA I.

Arg. Simo cupit fieri nuptias; generum recusat Chremes, natum ex Glycerio puerum.

*Trochaici, octonarii, catalectici.*

CHREMES, SIMO.

a Ad finem epitaseos facit hæc nova turba.

C. *Satis* a *jam, satis, Simo spectata erga te amicitia est mea.*
*Satis periclî cœpi adire: orandi jam finem face.*
*Dum studeo obsequi tibi, penè illusi vitam filiæ.*
S. *Immò enim quàm maximè abs te oro, atq; postulo Chreme*
*Vt beneficium, verbis initum dudum, nunc re comprobes,*
C. *Vide quàm iniquus sis præ studio, dum efficias id quod cupis.*
*Ne q; modum benignitatis, neq; quid me ores, cogitas.*
*Nam si cogites, remittas jam me oncrare injuriis.*
S. *Quib*? C. *ah,* b *rogitas? perpulisti me, ut homini adolescenti*
*In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoriâ,*
*Filiam darem in seditionem, atque incertas nuptias;*
*Ejus labore atq; ejus dolore gnato ut medicarer tuo*
*Impetrâsti: incepi, dum res tetulit: nunc non fert, feras,*
*Illam hinc civem esse aiunt: puer est natus, nos missos face.*
S. *Per ego te Deos oro, ut ne illis animum inducas credere,*
c *Quibus id maximè utile est, illum esse quàm deterrimum:*
*Nuptiarum gratiâ hæc sunt ficta, atque incepta omnia.*
*Vbi ea causa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, desinent.*
C. **Erras: cum Davo egomet vidi jurgantë ancillâ.* S. *Scio.* C.
*Vero voltu; cùm ibi me adesse neuter tum præsenserat.*

b Accusatio est & enumeratio injuriarum, scilicet ob amorem meretricis.

c Defensio per conjecturam.

* Reprehensio Simonis cum Davi testimonio.

S. *Cre-*

S. *Credo, & id facturus dudum prædixit mihi:*
*Et nescio quid tibi sum oblitus hodiè, ac volui, dicere.*

## ACTVS V. SCENA II.

Arg. In hâc scenâ Simo cùm audit venisse, qui Glycerium dicat civem esse Atticam, irâ accensus, Davum intrò raptum conjicit in vincula, & miro hîc artificio patris ac domini offensi consuetudinem exprimit Terentius.

*Trochaici octonarii, catalectici, & ad finem Iambici senarii.*

DAVVS, CHREMES, SIMO, DROMO.

D. *ANimo jam nunc * otioso esse impero.* C. *hem Davom tibi.*
*Vnde egreditur?* D. *meo præsidio, atq; hospitis* s. *quid illud mali est?*
D. *Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi.*
s. * *scelus.*
*Quĕnã hic laudat?* D. *omnis res est jam in vado.* s. *cessо alloqui?*
D. *Herus est, quid agam?* s. *ô salve bone vir.* D. *hẽ Simo, ô noster*
*Omnia apparata jam sunt intùs.* C. *curâsti [c] probè. (Chreme,*
D. *Vbi voles, accerse.* s. *bene sanè, id enim verò hic nunc abest,*
*Et jam tu hoc respondes, quid istic tibi negotii est?* D. *mihin'?*
s. *ita.*
D. *mihine?* s. *tibi ego.* D. *modò introii.* s. *quasi ego, quam-*
*dudum, rogem.*
D. *Cum tuo gnato unà* s. *anne est intùs Pamphil?* *crucior miser,*
*Ehò, non tu dixti esse inter eos inimicitias, carnufex?*
D. *Sunt.* s. *cur igitur hîc est?* C. [d] *quid illũ censes? cũ illa litigat.*
D. * *Immò verò indignũ, Chreme, jam facin' faxo ex me audias,*
*Nescio quis senex modò venit: ellum, confidens, catus:*
*Cùm faciem videas, videtur esse quantivis pretì:*
*Tristis severitas inest in vultu, atq; in verbis fides.*
s. *Quidnã apportas?* D. *nil equidẽ, nisi quod illũ audivi dicere*
s. *Quid ait tandem?* D *Glycerium se scire esse hanc civẽ Atticã*
s. [c] *Hem Dromo, Dromo.* D. *quid est?* s. *Dromo.* D *audi.* s.
*verbum si addideris, Dromo.* *(quantum potes.*
D *Audi obsecro.* DR. *quid vis?* s. *sublimem hunc intrò rape*
DR. *Quem?* s. *Davom* D. *quamobrem?* s. *quia lubet. rape inquã*
D. *Quid feci?* s. *rape.*
D *Si quidquam mentitum invenies, occidito.* s. * *nihil audio.*
*Ego jam te commotũ reddã.* D. *tametsi hoc verũ est?* s. *tu tamen*

* Otium, securitas est: negotium verò, sollicitudo.

* Hic scelus ad sensum refert, ut supra, ubi illic scelus, qui me perdidit?

c Indignanter dicitur.

d Chremes Simonem irridet. Audet plusculum servus, quia nihil restare periculi putat: sed non sentit impunè.

* Vid. Nannii Misc. lib. 1.

e Davi verbo commotus, servum lorarium vocat: qui loris, id est, coriis alios servos verberat.

* Eurip. Phœnissis ἐκ ἐκλυσιν, ἀκ ἠκουσα.

[f] Decorum comicum ſervat, non procedendo ultra vincula ad necem, quod tragicum erat.

*Cura ad ſervandum vinctum: at q. audin'? quadrupedem con-* (ſtringite.
*Age nunc? jam ego pol bodiè, ſi vivo, tibi*
*Oſtendam; verum quid ſit periclî fallere, &*
*Illi patrem.* CH. *ab, ne ſævi tantopere.* s. *Chremes,*
*Pietatem gnati: nonnè te miſeret mei?*
*Tantum laborem capere ob talem filium?*
*Age Pamphile: exi Pamphile; ecquid te pudet?*

## ACTVS V. SCENA III.

Arg. Simo acriter objurgat filium, confeſſus crimen filius, veniam petit, ac ſe totum paternæ ſubjicit voluntati, nimis commotum Simonem placare nititur Chremes.

*Jambici, ſenarii, & ad finem trochaici octonarii.*

PAMPHILVS, SIMO, CHREMES.

[a] Apoſiopeſis irato familiaris, quando pro dignitate peccati non invenitur convitium competens.

*Quis me vult? pervi, pater eſt.* s. [a] *quid ais, omnium?* C. *ab,*
*Rem potius i, ſam dic, ac mitte male loqui.*
s. *Quaſi quidquam in hunc jam gravius dici poſſit.*
*Ain' tandem? civus Glycerium eſt?* P. *ita prædicant.*
s. *Ita prædicant? ô ingentem confidentiam:*
*Num cogitat, quid dicat? num facti piget?*
[b] *Vide num ejus color pudoris ſignum uſquam indicat?*
*Adeon' impotenti eſſe animo, ut præter civium*
*Morem atque* [c] *legem, & ſui voluntatem patris,*
*Tamen hanc habere ſtudeat cum ſummo probro?*
P. *Me miſerum.* s. *modò nè id demùm ſenſiſti, Pamphile?*
*Olim iſtuc, olim, cùm ita animum induxti tuum,*
*Quod cuperes, aliquo pacto efficiendum tibi,*
*Eodem die iſtuc verbum vere in te accidit.*
*Sed quid ago? cur me excrucio? cur me macero?*
*Cur meam ſenectam hujus ſollicito amentiâ? an*
*Pro hujus ego ut peccatis ſupplicium ſufferam?*
*Immò habeat, vadeat, vivat cum illâ.* P. *mi pater,*
s. *Quid mi pater? quaſi tu hujus indigeas patris,*
*Domus, uxor,* [d] *liberi inventi, invito patre:*
*Adducti, qui illam civem hinc dicant: viceris.*
P. *Pater, licètne pauca?* s. *Quid dices mihi?*
C. *Attamen, Simo, audi.* s. *Ego audiam? quid ego audiam,*
*Chreme?* C. *attamen dicat, ſine.* s. *age, dicat, ſino.*
P. *Ego me amare hanc fatcor. ſi id peccare eſt, fatcor id quod*

[b] Vide quomodò aſſurgat.

[c] Periculeam, quæ nothi erant, ex duobus Athenienſibus non nati; Plutarchus, Vide Nannii Miſcel. lib. 2.

[d] Mirâ gravitate hic ſenſus exaggeratur: nam pluraliter de uno tantum loquitur pater.

[e] Oratio pudoris plena.

*Tibi pater me dedo: quidvis oneris impone: impera:*
*Vis me uxorem * ducere? hanc amittere? ut potero, feram.*
*Hoc modò te obsecro, ut ne credas à me allegatum hunc senem.*
*Sine me expurgem, atq; illum huc corã adducam. s. c adducas.*
P. *sine pater.*
C. *Æquum postulat: da veniam.* P. *sine te hoc exorem.* s. *sino.*
*Quidvis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar, Chreme.*
C. *Pro peccato magno paulùm supplicii satis est patri.*

* Amphibolia est.

c Difficultatem rei ostẽdit, resumpto verbo per indignationem.

## ACTVS V. SCENA IV.

Arg. Hæc scena continet Andrii Critonis cum Simone & Chremete congressum, in quo error omnis fabulæ aperitur: nam Glycerium ostenditur hic filia esse Chremetis.

*Trochaici & iambici octonarii, hi acatalectici, illi catalectici, iambicus quaternarius unus.*

CRITO, CHREMES. SIMO, PAMPHILVS.

CR. *Mitte* [a] *orare. Vna harum quævis causa me, ut faciam, monet,*
*Vel tu, vel quòd verum est, vel quòd ipsi cupio Glycerio.*
CH. *Andrium ego Critonem video? & certè is est.* CR. *salvos sis Chreme.*
CH. *Quid tu Athenas insolens?* CR. *evenit, sed hiccine est Simo?*
CH. [b] *Hic est.* s. *méne quæris? eho tu Glycerium hinc civẽ esse ais?*
CR. *Tu negas?* s. *itáne huc paratus advenis?* CR. *quare?* s. *rogas?*
*Túne impunè hæc facias? túne hîc homines adolescentulos,*
*Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis?*
*Sollicitando & pollicitando corũ animos lactas?* CR. *sanun' es?*
s. *Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?*
P. *Perii, metuo ut subsistet hospes.* CH. *si Simo hunc nôris satis,*
*Non ita arbitrere: bonus hic est vir.* s. *hic vir sit bonus?*
*Itáne* [c] *attemperatè venit hodie in ipsis nuptiis,*
*Vt veniret antehac nunquam? est verò huic credendum, Chreme?*
P. *Ni metuam patrẽ, habeo pro illâ re, illum quod moneã probè.*
s. *Sycophanta.* CR. *hem.* CH. *sic, Crito, est hic: mitte.* CR. *videat qui siet,*
*Si mihi pergit, quæ vol', dicere; ea, quæ non volt, audiet.*
*Ego istæc moneo, aut curo? non tu tuũ malũ æquo animo feres?*
*Nam ego quæ dixi, vera an falsa audieris, jam sciri potest.*

a Crito hic Pamphilum alloquitur, sic rogantẽ, verum ut de Glycerio dicat. Catastrophe.

b Critonem aggressus acriter accusat.

c Plerumque casus imitatur industriam, ut hic.

[e] Narratio hæc pars est argumenti.

[e] *Atticus quidam olim nævi fractâ apud Andrum ejectus est,*
*Et istæc unà parva virgo, tum ille egens forte applicat*
*Primùm ad Chrysidis patrem se. s. fabulam inceptat.* CH. *sine.*

[f] Confirmatio veritatis.

CR. *Itáne verò obturbat?* CH. *perge.* CR. *tũ is mihi cognatus*
*Qui eum recepit, ibi ego audivi* [f] *ex illo se esse Atticũ. (fuit,*
*Is ibi mortuus est.* CH. *ejus nomen.* CR. *nomen tam citò tibi?*
*Phavia.* CH. *hẽ perii.* CR. *verum hercle opinor fuisse Phaniam,*
*Hoc certò scio,* [g] *Rhamnusium se ajebat esse.* CH. *ô Iupiter!*

[g] Rhamnus pagus est Atticæ maritimus, inde Rhamnusius.

CR. *Eadem hæc Chreme multi alii in Andro tum audivêre.*
CH. *utinam id siet.*
*Quod spero: cho, dic mihi, quid is eam tum, Crito,*
*Suamne aiebat esse?* CR. *non.* CH. [h] *cujã igitur?* CR. *fratris filiã.*

[h] Cujam vetusto more dixit.

CH. *Certè mea est.* CR. *quid ais?* s. *quid tu? quid ais?* P.
„ [i] *arrige aures Pamphile.*

[i] Proverbiũ, Metaphora à pecudibus aurem arrigentibus.

s. *Quí credis?* CH. *Phania ille frater meus fuit.* s. *norã & scio.*
CH. *Is hinc bellũ fugiens, meq; in Asiã persequẽs, profici scitur.*
*Tũ illã hîc relinquere est veritus: post illa nunc primum audio*
*Quid* [k] *illo sit factũ.* P. *vix sum apud me: ita animus cõmotus est*
*Spe, gaudio mirando hoc tanto, tam repentino bono: metu,*

[k] Scilicet fratre meo Pha.

s. *Næ istam multimodis tuam inveniri gaudeo.* P. *credo pater.*
CH. *At mihi unus* [m] *scrupulus etiam restat, qui malè habet.*
P. *dignus es,*
*Cũ tuâ religione, odio; nodũ in scirpo quæris.* CR. *quid istud est?*

[l] Affectus amantis.

CH. *Nomen non convenit.* CR. *fuit hercle aliud huic parvæ.*
CH. *quid Crito?*
*Numquid meministi?* CR. *id quæro.* P. [n] *egóne hujus memoriam patiar meæ*
*Voluptati obstare, cum ego possim in hac re medicari mihi?*
*Non patiar. heus Chreme quod quæris, Pasibula.* CR. *ipsa est:*
CH. *ea est.*

[m] Scrupulus non est minimus lapillus, sed minimum pondus, pars unciæ vigesima quarta. Vide Nannii Misc. lib. 1.

[n] Amoris Pamphili affectus exprimitur.

P. [o] *Ex ipsâ millies audivi.* s. *omneis nos gaudere hoc, Chreme,*
*Te credo credere.* CH. *ita me dii ament, credo.* P. *quid restat*
*pater?*
s. *Iamdudũ res reduxit me ipsa in* [p] *gratiã.* P. *ô lepidũ patrẽ!*
*De uxore ita, ut possẽdi, nihil mutat Chremes.* CH. *causa optuma est:*
*Nisi quid pater aliud ait.* P. *nempe.* s. *scilicet.* CH. *dos, Pamphile, est*

[o] Notatur frequentissima Pamphili cũ Glycerio consuetudo.

[p] Simo cum Pamphilo jam redit in gratiam.

Decem

*Dete talenta.* P. *accipio.* C H. *propero ad filiam, eho mecū Crito.*
*Nam illā me haud nōsse credo.* S. *cur nō illā huc trāsferri jubes?*
P. *Rectè admones.* P *Davo istuc dedā jam negotî.* S. *non potest.* p Mirè Davi mentionem facit; ut solvatur.
P. *Quî?* S. *quia habet aliud magis ex seſe, & majus.* P. *quidnam?* S. *vinctus est.* (*secro.*
P. *Pater, non rectè vinctus est.* S. *haud ita jussi.* P. *jube solvi ob-*
S. *Age fiat.* P. *at matura,* S. *eo intrò.* P. q *ô fauſtum & felicem diem!* q Exclamatio amatoris.

## ACTVS V. SCENA. V.

Arg. Exultat Pamphilus de optato amoris ſucceſſu.

*Iambici & trochaici octonarij permixti.*

CHARINVS, PAMPHILVS.

C. PRoviſo, *quid agat Pamphilus, atque eccum.* P. *aliquis forſan me putet.*
*Non hoc putare verum; at mihi nunc ſic eſſe hoc verum lubet.*
*Ego vitam Deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,*
*Quòd voluptates eorū propriæ ſunt. Nam mihi immortalitas*
*Parta eſt, ſi nulla huic ægritudo gaudio interceſſerit:* (*dari?*
*Sed quem ego potiſſimùm exoptem nunc mihi, cui hæc narrem,*
C. *Quid illuc gaudi eſt?* P. *Davom video. nemo eſt, quē mallem, omnium:*
*Nam hunc ſcio mea ſolidè ſolum gaviſurum eſſe gaudia.*

## ACTVS V. SCENA VI.

Arg. Narrat Pamphilus Davo & Charino, Glycerium inventam eſſe civem Atticam, ſeque illam ducturum uxorem. Petit ab eodem Charinus, uti ſe & ſuos amores ſocero commendet.

*Eiuſdem menſuræ.*

DAVUS, PAMPHILVS, CHARINVS.

D. PAmphilus *ubinam hic eſt:* P. *Dave.* D. *quiſnā homo eſt?*
P. *ego ſum.* D. *ô Pamphile.* (*ſcio;*
P. *Neſcis quid mihi obtigerit.* D. *certè: ſed quid mihi obtigerit,*
P. *Et quidem ego.* D. *more hominum evenit, ego ut* a *quod ſum nactus mali,* a Bem. quid.
*Prius reſciſceres tu, quàm ego, tibi quod evenit boni.*
P. *Mea Glycerium ſuos parentes reperit.* D. *ô factum benè!*
C. Hem. P. *pater amicus ſummus nobis.* D. *quis?* P. *Chremes.*
D. *narras probè.*
P. *Nec mora ulla eſt, quin eam uxorē ducā.* C. *num ille ſomniat* b Proverbiale natum.
b *Ea, quæ vigilans voluit?* P. *tum de puero, Dave?* D. *ab deſine.*

*Solus*

*Solus, quem diligunt dij.* C. *salvus sum, si hæc vera sunt.*
*Conloquar.* P. *quis homo est? Charine, in tempore ipso mi advenis*
*Gratulatio compendiosa.* C. * *Benè factum.* P. *hem, audisti?* C. *omnia. age, me in tuis*
*secundis respice.*
*Tuus est nunc Chremes: facturum quæ voles, scio omnia.*
*Lætus comœdiæ exitus.* P. * *Memini: at quæ adeò longum est, nos illũ expectare, dũ exeat.*
*Sequere hâc me, intus apud Glycerium est nunc. Tu Dave abi*
*domum,*
*Propera, accerse, bini: qui auferant eam: quid stas? quid cessas?*
*Ne expectetis, dum exeant huc: intus despondebitur:* D. *eo.*
*Intus transigetur, si quid est, quod restat. Plaudite.*

## EVNVCHI PERSONÆ EARVMQVE INTERPRETATIO.

LACHES, senex, ἀπὸ τ λήξεως, ab hæreditate, lite, patrimonio.
PHÆDRIA, adolescens, ἀπὸ τ φαιδρ῀, ab hilaritate.
CHÆREA, adolescens, ὁ χαρεσν, lætus.
PARMENO, serv° μένων παρὰ τὸ ἀεὶ αὐτῷ, ab assiduitate.
DORVS, Eunuchus, ἀπὸ τ῀ δώρου, à munere, dono.
DORIAS, ancilla. (δωρὰς,
THAIS, meretrix, διὰ τ θεατὸν, ἣν θαυμαστὸν ἔχειν τὸ de formæ specie, quæ omnium ora in se converteret.
PYTHIAS, ancilla, ἀπὸ τ῀ πύθεσθαι, à sciscitando.
THRASO, miles, ἀπὸ τ θρασύτητος, ab audacia.
SANGA, lixa, à quodam Phrygiæ fluvio
GNATHO, parasitus, ἀπὸ τ῀ γνάθων, à buccis,
CHREMES, adolescens. vide Andr.
SOPHRONA, nutrix ἀπὸ τ σώφρονος, casta & proba.
ANTIPHO, adolescens, ἀπὸ τ ἀντὶ φάους, lumen contra adterens.

*Sequentium personarum tantum hîc mentio fit.*

SYRATO, militis servus, ἀπὸ τ῀ στρατι῀, exercitu.
SIMALIO, servus, ἀπὸ τ σιμοῦ.
DONAX, servus, ἀπὸ τ δόναξος, fistula, seu calamo piscatorio
SYRISCVS, servus, Diminutivum à Syro.

SAN-

SANNIO, servus, ὑπὸ τ' συμμίκτου, ab hasta.
PAMPHILA, adolescentula, omnibus amica.

# M. ANTONII MVRETI IN EVNVCHVM TERENTII.

## ARGVMENTVM.

*CIvis quidam Athenienſis filiam cui Pamphilæ, & filium cui Chremeti nomen erat, habuit. ex iis Pamphilam adhuc infantulam prædones rapuere è Sunio, & mercatori cuidam Rhodio vendidêre: qui Rhodum adveĉtam meretrici, quam amabat, dono dedit: hæc acceptam puellam pari curâ ac ſtudio, cum Thaide filiâ cœpit educare: nemo ut eſſet, qui non utramque ex ipſa genitam eſſe arbitraretur. Thais, quæ grandiuſcula erat, ciùm ad eam ætatem perveniſſet, ut viris placere poſſet; maternam, ut fit, vivendi rationem inſecuta, cum hoſpite quodam Athenas venit, qui eam poſteà mortens hæredem reliquit. Interea miles, Thraſo nomine, ad eam adjecit animum: cumque cum eâ per aliquod tempus conſuevisſet, in Cariam profectus eſt. Thaidis mater per eos dies vitam morte commutaverat, fratérque ipſius Pamphilam venalem propoſuerat, ſperans eam, quod & formoſa eſſet, & fidibus ſciret, præclarè à ſe venditum iri; fortè accidit, ut eo ipſo tempore, Thaidis amator, miles eſſet Rhodi: qui harum omnium rerum inſcius, Pamphilam emit, ut eſſet, quod amicæ Athenas reverſus, dono daret. Thais, profecto milite, aliam conditionem quæſierat, adjunxeratque ſibi Phædrium, adoleſcentem Athenienſem, Lachetis filium: inadiverat interim etiam aliquid de Pamphilâ, jamque cum fratre ipſius Chremete aliquoties collocuta, eò pervenerat, ut non dubiis judiciis intelligeret, ſororem illius eſſe, quæ ſecum in maternis ædibus educata foret. Summoperè cupiebat igitur occaſionem ſibi aliquam dari, quâ Pamphilam ſuis reſtitueret, eodemque facto, & puellam ſummo afficeret beneficio, & propinquarum illius amicitiâ fortunas conſtabiliret ſuas. Redit miles: ſed eùm cognoſcat de amore Phædriæ, puellam ſe, niſi eo repulſo, daturum negat. Thais, quid ageret, neſcire: nam & Phædriam amabat ex animo, & Pamphilæ recipiendæ gratia quidvis ſibi faciendum putabat. Tandem, ciùm ſperaret ſe poſteà facile conſilium ſuum ei ipſi cujus animum offenderet, probaturam: Phædriam, ut militi gratificaretur, excludit, poſtridiè accerſito ei, atq; ægrè ſerenti, tandem ſe purgat; multiſque precibus abeo impetrat, ut per biduũ priores partes habere Thraſonẽ ſineret: ũbi primùm eripuiſſet puellam, nihil ſibi cum illo amplius fore: Phædria, ut hujus bidui moleſtiam æquiore animo ferret, rus ſitu abeunatũ eſſe ſtatuit: itaque abiens, mandat Parmenoni ut Eunuchũ & Æthiopiſſã ad Thaidẽ, cui eos emerat, duceret. Pamphilam, ciùm ex ædibus Thraſonis ad Thaidem deducerẽtur, conſpicatus in viâ Phædriæ frater natu minor Chæreas, ita eam amore flagrare cœpit, nihil ut penſi haberet, dummodo potiretur: neque prius*

con-

*conquievit quàm, eius rei causa, ad Thaidem pro Eunucho deductus est: quid plura? Thaide ad cœnam cum milite profecta, virgini à Chærea per vim ustum offertur, turbæ undique mirabiles, donec tota re patefacta, Thaïs à Lachete in fidem & clientelam recipitur, Cherea agnitam Pamphilam ducit uxorem, Thraso diu illusus tandem in amoris meretricii partem, Gnathonis parasiti operâ, admittitur.*

## C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

SOrorem, falsò dictitatam Thaidis,
Idipsum ignorans, miles advexit Thraso,
Ipsique donat: erat hæc civis Attica.
Eidem Eunuchum, quem emerat, tradi jubet
Thaidis amator Phædria, ac rus ipse abit,
Thrasoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phædriæ puellulam
Cùm deperiret dono missam Thaidi,
Ornatu eunuchi induitur: suadet Parmeno:
Introiit: Vitiat virginem, sed Atticus
Civis repertus, frater ejus collocat
Vitiatam Ephebo: Phædriam exorat Thraso.

Ἄλλον.

*MEretrix adolescentem, cujus mutuo amore tenebatur, exclusit; eique revocato exclusionis causas reddidit, ejus frater minor natu virginem, quam miles meretrici dono miserat, amare cœpit; deductusque in domum meretricis pro eunucho, vitiat. Reitaq; cognitâ cùm illusam se meretrix doleret, ab eodem adolescente placatur: interventúque fratris ejus civem cognitam Atheniensem ducit uxorem, miles quoque in partem meretricii amoris receptus illuditur.*

EVN-

# EVNVCHVS TERENTII.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS, L. POSTHVMIO ALBINO, ET L. CORNELIO MERVLA ÆD. CVR. EGERE. L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRÆNESTINVS. TIBIIS DVABVS DEXTRIS. GRÆCA MENANDRI, FACTA II. MODOS FECIT FLACCVS, M. VALERIO C. FANNIO COSS.

## PROLOGVS.

SI quisquam est, qui placere sc [a] studeat bonis
Quam plurimis, & minimè multos lædere,
[b] In his poëta hic nomen profitetur suum,
Tum si quis est, qui dictum in se inclementius
Existimavit esse, sic existimet: sciat,
Responsum non dictum esse, * quia læsit prior,
Qui benè vertendo, & easdem * scribendo malè, ex
Græcis bonis Latinas fecit non bonas:
Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit,
Atque in thesauro scripsit, [c] causam dicere
Prius, unde petitur, aurum quare sit suum;
Quàm [d] illic, qui petit, unde is sit thesaurus sibi,
Aut unde in patrium monumentum pervenit et.
Dehinc ne frustretur ipse se, aut sic cogitet;
Defunctus jam sum, nihil est quod dicat mihi:
Is ne erret, monco, & desinat lacessere:
[e] Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur;
Quæ proferentur post, si perget lædere,
Ita ut facere instituit. [f] Nunc quam acturi sumus,
Menandri Eunuchum, postquam ædiles emerunt,
Perfecit, sibi ut inspiciundi esset copia.
Magistratus cùm ibi adesset, occepta est agi.
Exclamat furem, non poëtam, fabulam
Dedisse, & nihil dedisse verborum tamen:
Colacem esse Nævi, & Plauti veterem fabulam,
Parasiti personam inde ablatam, & militis.
Si id est peccatum, peccatum imprudentia est

Poëtæ.

a Excusat, cur in adversarium invehatur.
b Dictum i L. Laviniu
* Alias, qu le sit prius.
* Nan. lib. de scriben do, i. expr mendo: & archetypi lineament reponendo
c Id est, re priùs excu sat se quà agit actor.
d Pro illo.
e A poët modestia benevolen tiam capta
f Narratio.

*Poëtæ: non qui furtum facere ſtuduerit*
g Purgatio. *Id ita eſſe, vos jam* h *judicare poteritis.*
f Latinè adulator dicetur. *Colax Menandri eſt, in ea eſt parаſitus* i *Colax,*
*Et miles glorioſus: eas ſe non negat*
*Perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam*
*Ex Græcâ; ſed eas fabulas factas priùs*
*Latinas ſciſſe ſeſe, id verò pernegat.*
*Quòd ſi perſonis iiſdem uti aliis non licet:*
*Quî magis licet, currentes* k *ſervos ſcribere,*
k Comicorum materia perſonæque. *Bonas matronas facere, meretrices malas,*
*Parаſitum edacem, glorioſum militem,*
*Puerum ſupponi, falli per ſervum ſenem,*
*Amare, odiſſe, ſuſpicari? Denique*
**NVLLVM** *eſt jam dictum, quod non dictum ſit priùs.*
l Epiphonema. *Quare æquum eſt vos cognoſcere, atque ignoſcere,*
*Quæ veteres factitârunt, ſi faciunt novi.*
*Date operam, & cum ſilentio animadvertite,*
*Vt pernoſcatis, quid ſibi Eunuchus velit.*

## ACTVS I. SCENA I.

*Arg.* Phædria excluſus conſultat, an redire debeat ad Thaidem? huic Parmeno ſuadet, ut animo æquo amoris moleſtias ferat.

*Iambici Senarii.*

### PHÆDRIA. PARMENO.

a Opponit militi rivalē quem fingit ægrè concedere dies aliquot, dum à milite Thais munus extorqueat.
*PH. Quid* a *igitur faciam? non eam? ne nunc quidem,*
*Cùm accerſor ultrò? an potiùs ita me comparem,*
*Non perpeti meretricum contumelias?*
*Excluſit, revocat: redeam? non, ſi me obſecret.*
PA. *Siquidem herclè poſſis, nil prius, neq; fortius:*
*Verùm ſi incipies, neq;* * *perficies gnaviter:*
*Atque ubi pati non poteris, cùm nemo expetet,*
*Infectâ pace, ultrò ad eam venies, indicans*
* Aliàs, perfendes. *Te amare, & ferre non poſſe: actum eſt, ilicet,*
b Dialogiſmus, quaſi ad alterum. P *Periſti: eludet, ubi te victum ſenſerit.*
PH. *Proin tu, dum eſt tempus, etiam atq; etiam cogita.*
PA. *Here, quæ res in ſe neque conſilium, neq; modum*
*Habet ullum, eam conſilio regere non potes.*
c Similis congeries eſt in Plauti Mercatore. *In amore hæc omnia inſunt vitia: injuria,*
*Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,*

*Bellum,*

*Bellum, pax rursum: incerta hæc si tu postules*
*Ratione certa facere, nihilo plus agas,*
*Quàm si des operam, ut cum ratione insanias.*
*Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:*
[d] *Egóne illam? quæ illam? quæ me? quæ non? sine modò:*
*Mori me malim: sentiet qui vir siem:*
*Hæc verba meherculè una falsa lacrumula,*
*Quam oculos terendo miserè, vix vi expresserit,*
*Restinguet: & te ultrò accusabis, & ei dabis*
*Vltrò supplicium.* PH. [c] *ô indignum facinus! nunc ego &*
*Illam scelestam esse, & me miserum sentio,*
*Et tædet: & [f] amore ardeo: & prudens, sciens,*
*Vivus, videnś, pereo: nec quid agam scio.*
PA. *Quid agas? nisi* [g] *ut te redimas captum quàm queas*
*Minimo: si nequeas paullulo, at quanti queas;*
*Et ne te afflictes.* PH. *itáne suades:* PA. *si sapis:*
*Neq; præterquam quas ipse amor molestias*
*Habet, addas, & illas, quas habet, rectè feras.*
*Sed ipsa egreditur nostri fundi* [h] *calamitas:*
*Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.*

d Aposiopesis celeberrima.
e Extenuatio ad auxesim spectans.
f Affectus vehementia.
g Perstat in metaphora bellica.
h Sic puellam alieni patrimonii depastricem Theocritus ἀμαλίαν vocat. i. locustam intercipientem messoribus messem. Vide Nannii Misc. lib. 1.

## ACTVS I. SCENA II.

Arg. Thaidis blando sermone victus Phædria, pollicetur se biduum rus concessurum, ut Thrasoni interim locus sit apud illam.

*Iambici Senarii.*

THAIS, PHÆDRIA, PARMENO.

*Miseram* [*] *me, vereor ne illud gravius Phædria*
*Tulerit: neve aliorsum, atque ego feci, acceperit,*
*Quòd heri intromissus non est.* PH. *totus Parmeno*
*Tremo horreóq; postquam adspexi hanc.* PA. *bono animo es.*
*Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis.*
T. *Quis hic loquitur? hem, tún' eras mi Phædria?*
*Quid hic stabas? cur non rectà introibas?* PA. *cæterùm*
*De exclusione verbum nullum.* T. *quid taces?*
PH. *Sane quia vero hæ mihi patent semper fores,*
*Aut quia sum apud te primus.* T. *missa istæc face.*
PH. *Quid missa? ô Thais, Thais, utinam esset mihi*
*Pars æqua amoris tecum; ac pariter fieret, ut*
*Aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet;*

* In hac scena proponitur occasio fabulæ, ut Terentio initio fabularum mos est: simul causa, cur miles sit placandus, recensetur.

*Aut ego istuc abs te factum nihil penderem.*
T. *Ne crucia te obsecro, anime mi, mi Phædria.*
*Non pol, quòd quemquam plus amem, aut plus diligam,*
*Eò feci: sed ita erat res: faciundum fuit.*
PA. *Credo ut fit, misera præ amore exclusit hunc foràs.*
T. *Siccine ais Parmeno? age, sed huc quâ gratiâ*
*Te accersi jussi, ausculta.* PH. *fiat.* T. *dic mihi*
*Hoc primum potin' est hic tacere?* PA. *egóne? optumè.*
Reponit Thaidi vicem, tanquàm falsum dictura sit.
*Verum* [b] *heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem.*
*Quæ vera audivi, tacco & contineo optumè.*
*Sin falsum aut vanum, aut fictum est, continuò palam est.*
*Plenus rimarum sum, hac atque illac* [c] *perfluo.*
c Metaphora à vase futili.
*Proin tu, taceri si vis, vera dicito.*
d Narratio.
T. [d] *Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.*
PA. *Potest taceri hoc.* T. *ibi tum matri parvolam*
*Puellam dono quidam mercator dedit,*
*Ex Atticâ hinc abreptam.* PH. *civémne?* T. *arbitror:*
*Certum non scimus: matris nomen & patris*
*Dicebat ipsa: patriam, & signa cætera*
e Basis figura est hîc, quando inter narrandum omnia pedetentim dicuntur.
[e] *Neque sciebat, neque per ætatem etiam potuerat,*
*Mercator hoc addebat, è prædonibus,*
*Vnde emerat, se audisse, abreptam è Sunio:*
*Mater ubi accepit, cœpit studiosè omnia*
*Docere, educere, ita uti si esset filia.*
*Sororem pleriq; esse credebant meam.*
*Ego tum illo, quocum uno rem habebam tum, hospite*
*Abij huc; qui mihi reliquit hæc, quæ habeo, omnia.*
f Meretricem notat.
PA. *Vtrumnam hoc falsum est;* [f] *effluet.* T. *quî istuc?* PA. *quia*
*Neque tu uno eras contenta, neq; solus dedit:*
*Nam hic quoque bonam magnamq; partem ad te attulit.*
T. *Ita est, sed sine me pervenire, quò volo.*
*Interea miles, qui me amare cœperat,*
g Astutè meretrix, ubi dixit quæ amatorem urgebant, blandimenta subjicit.
*In Cariam est profectus, te intercà loci*
*Cognovi.* [g] *tute scis, post illa quàm intumum*
*Habeam te, & mea consilia ut tibi credam omnia.*
PH. *Ne hoc quidem tacebit Parmeno.* PA. *oh, dubiúmne id est?*
T. *Hoc agite amabo, mater mea illic mortua est.*

*Nupe-*

*Nuper ejus frater aliquantùm ad rem eſt avidior.*
*Is ubi bancce formâ [h] videt honeſtâ virginem,*
*Et fidibus ſcire, pretium ſperans, illicò*
*Producit, vendit, fortè fortunâ adfuit*
*Hic meus amicus: emit eam dono mihi,*
*Imprudens harum rerum, ignaruſq; omnium.*
*Is venit: poſtquàm ſenſit me tecum quoque*
*Rem habere, fingit cauſas, ne det ſedulò:*
*Ait, ſi fidem habeat, ſe iri præpoſitum tibi*
*Apud me: ac non id metuat, ne, ubi eam acceperim,*
*Seſe relinquam: velle ſe illam mihi dare:*
*Verùm id veveri: ſed, ego quantum ſuſpicor,*
*Ad virginem animum adjecit.* PH. *etiámne [i] ampliùs?*
T. *Nil: nam quæſivi nunc ego eam, mî Phædria,*
*[k] Multæ ſunt cauſæ, quamobrem cupio abducere.*
*Primùm, quòd ſoror eſt dicta: præterea, ut ſuis*
*Reſtituam, ac reddam: ſola ſum: habeo hîc neminem,*
*Neque [l] amicum, neq; cognatum, quamobrem Phædria*
*Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.*
*Id [m] amabò adjuta me, quò id fiat facilius,*
*Sine illum priores parteis, boſce aliquot dies,*
*Apud me habere: nihil reſpondes?* PH. *peſſuma,*
*Ego quidquam cum iſtis factis tibi reſpondeam?*
PA. *Hei noſter, laudo. tandem perdoluit: vir es.*
PH. *At ego [n] neſciebam, quorſum tu ires: parvula*
*Hinc eſt abrepta: eduxit mater pro ſuâ:*
*Soror eſt dicta: cupio abducere, ut reddam ſuis.*
*Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt denique:*
*Excludor ego, ille recipitur: quâ gratiâ?*
*Niſi illum [o] plus amas, quàm me: & iſtam nunc times,*
*Quæ advecta eſt, ne illum talem præripiat tibi.*
T. *Egón' id timeo?* PH. *quid te ergò ſollicitat? cedo,*
*Num ſolus ille dona dat?* P *nuncubi meam*
*Benignitatem ſenſiſti in te claudier?*
*Nonne, ubi mihi dix'ti cupere te ex Æthiopiâ*
*Ancillulam, relictis rebus omnibus,*
*Quæſivi? eunuchum porrò dix'ti velle te,*

[h] Commendatio puellæ.
[i] Elleipſis.
[k] Cur puellam abducere quærat.
[l] Amicus perpetuò amator ad tempus.
[m] Vide quàm leniter precatur & blandè.
[n] Indignanter omnia repetit.
[o] Ironia ſtomachantis amatoris.
[p] Nunubi, id eſt, nunquid aliquibi

*Quia ſole utuntur his reginæ : reperi :*
*Heri minas viginti pro ambobus dedi :*
*Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoriâ :*
*Ob hæc facta abs te ſpernor.* T. *quid iſtuc Phædria ?*
*Quanquàm illam cupiò abducere, atq́ hac re arbitror*
*Id fieri poſſe maximè : veruntamen,*
*Potiùs quàm te inimicum habeam, faciam ut juſſeris.*
[q] Verbum pro dicto ponitur. PH. *Vtinam iſtuc* [q] *verbum ex animo ac verè diceres,*
*Potiùs quàm te inimicum habeam, ſi iſtuc crederem*
*Sincerè dici, quidvis poſſem perpeti.*
PA. *Labaſcit, victus uno verbo, quàm citò !*
[r] ἐμφασιν habet ego. T. [r] *Ego non ex animo miſera dico ? quam joco*
*Rem voluiſti à me tandem, quin perfeceris ?*
*Ego impetrave nequeo hoc abs te biduum :*
*Saltem ut concedas ſolùm.* PH. *ſiquidem biduum :*
[s] Apoſiopeſis Omnia hæc vim amoris exprimunt. *Verum me fiant iſti vigiliæ dies.*
T. *Profectò non plus biduum :* [s] *aut.* PH. *aut ? nihil morar.*
T. [t] *Non fiet hoc, modò ſine te exorem.* PH. *ſcilicet*
*Faciendum eſt quod vis.* T. *meritò amo te.* PH. *benè facis :*
[u] Tanquam biennium fit. *Rus ibo : ibi hoc me macerabo* [u] *biduum.*
*Ita facere certum eſt ; mos gerendus eſt Thaidi :*
*Tu huc Parmeno fac illi adducantur.* PA. *maximè.*
[x] Per contemptũ iſto quaſi odioſo. PH. *In hoc biduum Thais vale.* T. *mi Phædria,*
*Et tu. Numquid vis aliud ?* PH. *Egóne quid velim ?*
*Cum mi[l]* te [x] *iſto præſens abſens ut ſies :*
*Dies noctesq́ ames me : me deſideres :*
*Me ſomnies : me expectes : de me cogites :*
*Me ſperes : me te oblectes : mecum tota ſis :*
*Meus fac ſis poſtremò animus, quando ego ſum tuus.*
[p] Meretrix bona hic inducitur. T. *Me miſeram, forſitan hic mihi parvam habeat fidem :*
*Atq́ ex* [y] *aliarum ingeniis nunc me judicet.*
*Ego pol, quæ mihi ſum conſcia, hoc certò ſcio.*
*Neque me finxiſſe falſi quidquam, neque meo*
*Cordi eſſe quicquam chariorem hoc Phædria :*
*Et quicquid hujus feci, causâ virginis*
*Feci : nam me ejus* [z] *ſpero fratrem propemodum*
[y] i. c. credo. *Jam reperiſſe, adoleſcentem adeo nobilem :*

*Is hodie venturum ad me constituit domum.*
*Concedam hinc intrò, atque expectabo dum veni't.*

## ACTVS II. SCENA I.

Arg. Phædria rus concedit, id quod Thaidi se facturum dixerat, illius ex amore immutationem mirattur Parmeno: & militis donum ita laudat ut heri sui eunucho præferat.

*Trochaici permixti iambicis, cùm octonarii, tum senarii, unus quaternarius.*

PHÆDRIA. PARMENO.

ITa fac, ut jussi, deducantur [a] isti. PA. faciam. PH. at diligenter.
PA. Fiet. PH. at maturè. PA. fiet. PH. satin' hoc mandatum est tibi?
PA. Ah rogitare? quasi difficile fiet. Vtinam
Tam aliquid facilè invenire possis Phædria,
Hoc quàm peribit. PH. ego quoque unà pereo, quod mi est [b] charius.
Ne istuc tam iniquo patiare animo. PA. minimè, quin
Effectum dabo. Sed nunquid aliud imperas?
PH. Munus nostrum ornato verbis, [*] quod poteris: & illum æmulum, quod poteris, ab eâ [*] pellito. (manebo,
PA. Memini; tametsi nullus moneas. PH. Ego rus ibo, atq. ibi
PA. Censeo. PH. sed heus tu. PA. quid vis? PH. censen' posse me obfirmare, &
Perpeti ne videam interea? PA. tene? non hercle arbitror:
Nam aut jam revertêre: aut mox noctu te adigent horsum insomnia
PH. Opus faciam, ut defatiger usque, ingratiis ut dormiam.
PA. Vigilabis lassus; hoc [*] plus facies. PH. ah, nihil dicis. Parmeno,
Ejiciunda hercle hæc mollities animi; nimis me [c] indulgeo.
Tandem ego non illâ careã, si sit opus, vel totum triduũ? P. hui
Vrve sum triduum? vide quid agas. PH. stat sententia.
PA. Dii boni, quid hoc morbi est? adeon' hominem immutarier
Ex amore, ut non cognoscas eundem esse? [d] hoc nemo fuit
Minus inceptus, magis severus quisquam, nec magis continens:
Sed quis hic est, qui huc pergit? at, at, hic quidem est parasitus Gnatho
Militis: [e] ducit secum unà virginem hujus dono: Papæ,

[a] Isti scilicet Eunuchus & Aethiopissa, ut rivalem apponit, ita & munus; sed decebat militis munus vincere.
[b] Figuratè pro qui mihi sum charior.
[*] Pro quoad per crasin.
[*] Ab ejus animo, & in perpetuum: sic enim sonant hæc futura. Vide Nannii Miscel. lib. 1.
[*] Hoc proficies.
[c] ΠΑΡΑΚΕΚΤΕΥΣΜΕΝΟΣ. Nannii. 1.
[c] Vetustè me pro mihi: Sic Heauton. Act. 5. Scen. 2. te indulgebant.
[d] Laus Phædriæ ab ætate.
[e] Oeconomia ad futurum amorem.

*Facie honestâ. mirum, ni ego me turpiter hodiè hîc dabo*
*Cum meo decrepito hoc eunucho. hæc superat ipsam Thaidem.*

ACTVS II. SCENA II.

Arg. Quasi ambulantem Gnathonis personam inducit, sub cujus verbis corrupti hominum mores ostenduntur, maximè assentatorum, qui patellam sequuntur, & ad epulas præstò sunt.

*Trochaici & Iambici octonarii cataletici, additis aliquot iambicis.*

GNATHO, PARMENO.

a Gnathonis descriptio.

*Dij immortales! a homini homo quid præstat? stulto intelligens*
*Quid interest? hoc adeò ex hac re venit in mentem mihi:*
*Conveni hodiè advenientem quendam mei loci hinc atq; ordinis,*
*Hominem b haud impurum, itidè patria qui abligurierat bona.*
*Video c senium squallidum, ægrum, pannis amnisque obsitum.*
*Quid istuc, inquam, ornati est? quoniam miser, quod habui perdidi.*
*Hem, quò redactus sum? omnes noti me, atq; amici deserunt.*
*Hîc ego illum contempsi præ me: quid homo, inquam, ignavissime?*
*Itane parâsti te, ut spes nulla reliqua in te siet tibi?*
*Simul consilium cum re amisti? videri me ex eodem ortum loco?*
*Qui color, nitor, vestitus; quæ habitudo est corporis?*
d *Omnia habeo, neque quidquam habeo: nil cum est, nil desit tamen.*
*At ego infelix neque * ridiculus esse, neque plagas pati*
*Possum. quid tu his rebus credas fieri? totâ erras viâ.*
e *Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seclum primum,*
*Hoc novum est aucupium: ego adeò hanc primus inveni viam.*
*Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt,*
*Nec sunt: hos consector, hisce ego non paro me, ut rideant,*
*Sed his ultrò arrideo, & f eorum ingenia admiror simul:*
*Quicquid dicunt laudo: id rursum si negant, laudo id quoq;:*
*Negat quis, nego: ait, aio: postremò imperavi egomet mihi*
g *Omnia assentari. is quæstus nunc est multò uberrimus.*
*Scitum hercle hominem: hic homines prorsùm ex stultis insanos facit.*
*Dii hæc loquuntur, interea loci ad macellum ubi advenimus,*

b Id est, non avarum. Παλιγκωτὸς hæc dicuntur.

c Omnia hæc ex mediâ sumuntur consuetudine.

d περιττοεπεῖς à peregrinantibus.

* Parasiti derisores ridiculis dicteriis alienum cibum captabant: parasiti flagriones, scapulis ad plagas, undè plagipatidæ Plaut. vide Nannii Misc. lib. 1.

e Gloriosos & jactabundos carpit.

f Adulatorum officium.

g Sententia verissima, hâc præsertim tempestate.

Con-

*Concurrunt læti mi obviam cupedinarij omnes,*
*Cetarij, lanij, coqui, fartores, piscatores,*
*Quibus & re salvâ & perditâ profueram, & prosum sæpe:*
*Salutant; ad cœnam vocant:* [h] *adventum gratulantur.*
*Ille ubi miser famelicus videt me esse* [i] *in tantum honorem,*
*Et tam facilè victum quærere, ibi homo cœpit me obsecrare,*
*Vt sibi liceret discere id de me: sectari jussi:*
*Si potis est, tanquam Philosopherum habent disciplinæ ex ipsis*
*Vocabula, parasiti itidem ut Gnatonici vocentur.* (cesso
PA. *Viden' otium, & cibi quid faciat alienus?* GN. *sed ego*
*Ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad cœnam ut veniat?*
*Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video:*
*Rivalis servum: salva est res, nimirùm hîc homines frigent.*
*Nebulonem hunc certum est ludere.* PA. *hicce hoc munere arbitratur*
*Suam Thaidem esse.* GN. *plurimâ salute Parmenonem*
*Summũ* * *suum* [k] *impertit Gnatho, quid agitur?* PA. *statur.*
GN. *Video:*
*Num quidnam hîc, quod nolis, vides?* PA. *te.* GN. *Credo, at numquid aliud?*
PA. *Quî dum?* GN. *quia tristis es.* PA. *nihil equidem.* GN. *ne sis; sed quid videtur?* (nem
[l] *Hoc tibi mancipium?* PA. *non malum hercle.* GN. *uro homi-*
PA. *ut falsus animi est?* (nunc dices,
GN. *Quàm* [m] *hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse?* PA. *hoc*
*Ejectos hinc nos.* OMNIVM *rerum, heus, vicissitudo est.*
GN. *Sex ego te totos Parmenonos menses quietum reddam;*
*Nè sursùm, deorsùm cursites, nevè usque ad lucem vigiles.*
*Ecquid bene te?* B. *mén? papæ.* GN. [n] *sic soleo amicos.* P. *laudo.*
GN. *Detineo te fortassè: profecturus aliò fueras.*
P. *Nusquam.* G. *tum tu igitur paullum da mihi operæ,* [o] *fac, admittar*
*Ad illã.* P. *age modò, nunc tibi patent fores hæ, quia istã ducis.*
G. *Num quem evocari hinc vis foràs?* P. [p] *sine biduum hoc prætereat.*
*Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus,*
*Nè tu istas saxo calcibus sæpè insultabis frustrà.*

[h] ἀντίπασις. ais pro adventui. [i] Vetus est, pro in tanto honore: in potestatem dixit Cicero pro in potestate.

[k] Id est, porcorum lege Scoppæ appendicem. Col. cap. 6. [l] Paralitica elegantia. [m] Laudatio inimica. [n] Gnatho insultat Parmenoni.

[n] ἀλαζονεία scilicet beare. [o] Ironicè. [p] Submissius pronunciandum. A contrariis, & est hyperbole expressissima.

C. Etiam nunc hic ſtas Parmeno? ebo, nummam tu hic relictus cuſtos,
Ne quis fortè intermuncius [q] clam à milite ad iſtam curſitet?
PA. Facetè dictum. Mira verò, militi quæ placeant,
[r] Sed video herilem filium minorem huc advenire.
Miror, quid ex Piræo abierit: nam ibi cuſtos publicè eſt nunc.
Non temerè eſt: & properans venit: neſcio quid circumſpectat.

[q] Ut ſolent. [r] Negotium ad aliam Scenam.

## ACTVS II. SCENA III.

Arg. Chærea laudat fortè conſpectam virginem: queritur ſub dua: Parmeno oſtendit, qui fieri poſſit, ut illa potiatur.

*Iambici, octonarii, & ſenarii, item trochaici octonarii, & unum iambicum quaternarium.*

CHÆREA. PARMENO.

[a] Occaſio tanquam novæ fabulæ & novi motus in hac comœdia: eſt autem oratio plena affectibus.

Occidi. [a]
Neque virgo eſt uſquam, [b] neque ego, qui illam è conſpectu amiſi meo.
Vbi quærã? ubi inveſtigẽ? quẽ percunctẽr? quã inſiſtam viam?
Incertus ſum. Vna hæc ſpes eſt; ubi eſt, diu celari non poteſt.
[c] O faciem pulchram! deleo omnes debinc ex animo mulieres,
Tædet quotidianarum harum formarum. P. ecce autẽ alterum
De amore, neſcio quid, loquitur. C. ô infortunatum ſenem!
P. Hic verò eſt, qui ſi amare cœperit, ludum, jocumque
Dices fuiſſe illum alterum, [d] præ hujus rabies quæ dabit.
C. Vt di illũ, deæq; ſenũ perdant, qui me hodiè remoratus eſt
Meq; adeò, qui reſtiterim, tũ autẽ qui illũ non flocci fecerim.
Sed eccum Parmenonem, ſalve. P. quid tu eſt triſtis, quidve alacris?
Vnde is? C. ego herclè neſcio, [e] neq; undè eã, neq; quorſum eam:
Ita prorſus oblitus ſum mei.
P. Qui quæſo? C. amo. P. ebem. C. nunc tè Parmeno oſtendes, qui vir ſies.
Scis tẽ mihi ſæpe pollicitum eſſe: Cherea, aliquid inveni
Modò, quod ames: in eã re utilitatem ego faciam ut noſcas meam:
Cùm in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculùm:
P. Age inepte. C. hoc herclè factum eſt: fac ſis, nunc præmiſſa apparent.

[b] Perturbatio exanimore.

[c] O faciem pulchram! [d] Præ hujus rabies quæ dabit. [e] Neq; undè eã, neq; quorſum eam.

*Sive adeò digna res eſt, ubi tu nervos intendas tuos.*
[f]*Haud ſimilis virgo eſt virginũ noſtrarũ: quas matres ſtudent*
*Demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles ſient.*
*Si qua eſt habitior paulò, pugilem eſſe aiunt: deducunt cibum:*
*Tametſi bonâ eſt naturâ reddunt curaturâ junceas:*
*Itaq; ergo amatur.* P. *quid tu iſtæc?* C. *novâ figurâ ovis.* P. *papæ*
C. [g] *color verus, corpus ſolidum, & ſuccipienum.* P. *anni?*
C. *ſedecim.*
P. *Flos ipſe.* C. *hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precariò*
*Fac tradas: meâ nihil refert,* [h] *dum potiar modò.*
P. *Quid, virgo cuja eſt?* C. *neſcio hercle.* P. *unde eſt?* C. *tantundem.* P. *ubi habitat?*
C. *Ne id quidem.* P. *ubi vidiſti?* C. *in viâ.* P. *quâ ratione ami-*
C. *Id equidem adveniens mecum ſtomachabar modò:*
[i] *Neq; quenquam hominem eſſe ego arbitror, cui magis bonæ*
*Felicitates omnes adverſæ ſient.*
P. *Quid hoc eſt ſceleris?* C. *perij.* P. *quid factum eſt?* C. *rogas?*
*Patris cognatum atq; æqualem Archidemidem*
*Noſtin'?* P. [k] *quid ni?* C. *is, dum ſequor hanc, ſit mihi obviàm.*
P. *Incommodè hercle.* C. *immò enim verò infelicitèr.*
*Nam incommoda alia ſunt dicenda Parmeno.*
*Illum, liquet mihi dejerare, bis menſibus*
*Sex vel ſeptem prorſum non vidiſſe proximis,*
*Niſi nunc, cum minimè vellem, minimeq; opus fuit.*
*Eho, nonne hoc monſtri ſimile eſt? quid eſt?* P. *maximè,*
C. *Continuò accurrit ad me, quàm longè quidem,*
[l] *Incurvus, tremulus, labris demiſſis, gemens:*
*Heus, heus, tibi dico Chærea, inquit. Reſtiti,*
*Scin' quid ego te volebam? dic,* [m] *cras eſt mihi*
*Judicium; quid tum? ut diligenter nuncies*
*Patri, advocatus manè mihi eſſe ut meminerit.*
*Dum hæc dicit, abyit hora, rogo nunquid velit.*
*Rectè, inquit: abeo. Cùm hùc reſpicio ad virginem,*
*Illa ſeſe interea commodùm huc advorterat*
*In noſtram hanc plateam.* P. *mirum, ni hanc dicit, modò*
*Huic quæ data eſt dono.* C. *huc cùm advenio, nulla erat:*
P. *Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem?*

[f] Reprehendit induſtriæ cultum, laudat pulchritudinem naturæ.
[g] Deſcriptio formoſæ puellæ.
[h] Affectus amatorius.
[i] Cuique ſuæ injuriæ maximæ videntur.
[k] Correptio eſt.
[l] Senum morioſi odioſi ſenis.
[m] Hyperbolè ex faſtidio orta.

n Hic inceptiva particula est, non relativa.

o Quæsumus est sicut & id quod sequitur. Alias res agis.

p Repetitio amatoria.

q Munus affectatè laudat.

r Gemina vituperatio ab ætate & sexu; & mulierem posuit ἐπιθετικῶς

s Parmeno diligentiam pollicetur.

t Occasio consilij & novi motus.

u Quinque amoris gradus.

x Quisquam fœminino genere ponitur.

c. Verùm, paratus cum ancillâ. P. ipsa est, scilicet. Desine: o conclamatum est. c. alias res agis.
P. Istuc ago quidem. c. nostin', quæ sit? dic mihi: aut Vidistin'? P vidi, novi: scio quò abducta sit.
c. O Parmeno mi, nostin'? P. novi. c. & scis ubi siet?
P. Huc deducta est ad Thaidem: ei dono data est.
c. Quis is est tam potens cum q tanto munere hoc? p. miles Phædriæ rivalis. c. duras fratris partes prædicas. (Thraso,
P. Immò enim, si scias quod donũ huic dono contrà comparet, Tum magis id dicas. c. quodnam quæso berclè? p. eunuchum.
c. illumne obsecro
r Inhonestum hominem, quem mercatus est heri, servum, nullerè.
p. Istuc ipsum. c. homo quatietur certè cum dono foràs.
Sed istam Thaidem non scivi nobis vicinam. p. haud diu est.
c. Perij, nunquámne etiam me illam vidisse? ehodum dic mihi,
Estne, ut fertur, forma? P. sanè. c. at nihil ad nostram hanc.
p. alia res est.
c. Obsecro te berclè Parmeno, fac ut potiar. p. s faciam sedulò, at
Dabo operam, adjutabo. nunquid me aliud vis? c. quò nunc ut?
P. domum,
Ut mancipia hæc, ita ut jussit frater, deducam ad Thaidem.
t O fortunatum istum eunuchum, qui quidem in hanc detur domum!
p. Quid ita? c. rogitas? summâ formâ semper conservam domi
u Videbit, colloquetur, aderit unà in unis ædibus,
Cibum nonnunquam capiet cum eâ, interdum propter dormiet.
p. Quid, si nunc tute fortunatus fias? c. quâ re Parmeno?
Respondè. p. capias tu illius vestem. c. vestem? quid tum postea?
p. Pro illo te deducam. c. audio. p. te esse illũ dicam. c. intelligo.
p. Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modò:
Cibum unà capias, adsis, tangas, ludas, propter dormias.
x Quandoquidem illarum neque quisquam te novit, neque scit qui sies.
Præterea forma, & ætas ipsa est, facile ut te pro eunucho probes.
c. Dixisti pulchrè, nunquam vidi melius consilium dari:
Age, eamus intrò. nunc jam orna me, abduc, duc, quantũ potes.
p. Quid

P. Quid agis? y jocabar equidem. C. garris. P. perij, quid ego
egi miser?
Quò trudis? perculeris jam tu me? tibi equidem dico, mane.
C. Eamus. P. pergin'? C. certum est. P. vide, ne nimium calidum
hoc sit modò.
C. Non est profectò, sine. P. at enim istæc in me cudetur faba, ah
Flagitiũ facimus. C. an id flagitium est, si in domũ meretriciã
Deducar, & illis z crucibus, quæ nos, nostramq; adolescentiam
Habent despicatam, & quæ nos semper omnib⁹ cruciat modis;
Nunc referã gratiã, atq; eas itidem sallam, ut ab illis fallimur?
* An potiùs hæc patiã? æquum est fieri, ut à me ludatur dolis.
Quod qui rescierint, culpent? illud meritò factũ omnes putẽt.
C. Quid istuc? si certum est facere, faciã. verũ ne post conferas
Culpam in me. C. non faciã. P. jubesne? C. jubeo, cogo, atq; impero.
P. Nunquam defugiã auctoritatem: sequere. C. dy vortant benè.

y Vafer servus non vult videri sceleris auctor. Gal. Δημῶδες Græcè pro periculoso dicunt: sic & Cic. 1. Offic.

z Id est, tormentis.

* Argumentum à consequentibus.

## ACTVS III. SCENA I.

Arg. Assẽtatur Gnatho, assentãti credit Thraso, seq; & facta sua immodicè jactat; cõsulit item Gnatho, ne miles purget se Thaidi de amore Pamphilæ, imò potiùs augeat suspicionẽ, ita par pari referat.

*Iambici Senarii.*

### THRASO, GNATHO, PARMENO.

T. Magnas verò a agere gratias Thaïs mihi? G. Ingenteis. T. ain' tu? lætа est? G. non tam ipsò quidem
Dono, quàm abs te datum esse: id verò sèriò
Triumphat. P. huc provisò, ut ubi tempus siet,
Deducam, sed eccum militem. T. est b istuc datum
Profectò mihi, ut sint grata, quæ facio, omnia.
C. Advorti herclè animum. T. vel rex semper maxumas
Mihi agebat, quicquid feceram; alijs non item.
G. c Labore alieno magno partam gloriam
Verbis sæpè in se * transmovet, qui habet sàlem
Qui in te est. T. habes. G. rex te ergò in oculis. T. d scilicet.
G. Gestare. T. verò, credere omnem exercitum,
Consilia. G. mirum. T. tum sicubi eum satietas
Hominum, aut negoti si quando odium ceperat,
Requiescere ubi volebat, quasi: nostin'? G. scio.
Quasi ubi illam expueret miseriam ex animo. T. ienes.
Tum me convivam solum abducebat sibi. G. e hui,

a Antea depinxit parasitum, nunc insulsum & ineptum Thrasonem describit.

b Miles gloriosus à fato & deorum dono se laudat.

c Assentatio mordax tamen.

* Bembus, transferet.

d Scilicet, mira laudis affectatio.

e Amara & regis & Thrasonis irrisio.

Regem

Rezeum elegantem narras. T. immò sic homo
Est perpaucorum hominum. G. immò nullorum arbitror,
Si tecum vivit. T. invidere omnes mihi,
Mordere clanculùm: ego non flocci pendere:
Illi invidêre miserè. Verùm unus tamen
Impensè, elephantis quem Indicis præfecerat,
Is ubi molestus magis est, quæso, inquam, Strato,
Eóne es ferox, quia habes imperium in belluas?
G. Pulchrè mehercule dictum, & sapienter: papæ,
Iugulares hominum. quid ille? T. mutus illicò.
G. Quidnis esset? P. Di, vestram fidem, hominem perditum,
Miserumq; & illum sacrilegum.! T quid illud Gnatho:
Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio,
Nunquid tibi dixi? G. nunquam: sed narra obsecro.
f Hyperbole ex fastidio narrantis
f Plus millies jam audivi. T. unà in convivio
Erat hic, quem dico, Rhodius adolescentulus,
Fortè habui scortum: cœpit ad id g alludere,
Et me irridere. quid ais inquam, homo impudens?
Lepus tute es, & pulpamentum quæris. G. ha, ha, hæ.
T. Quid est? G. facetè, lepidè, lautè, nihil supra.
Tuum obsecróne hoc dictum erat? vetus credidi.
h Ridiculus militis verba.
T. Audieras? G. sæpe & fertur inprimis. T. h meum est.
G. Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero.
P. At te di perdant. G. quid ille quæso? T. perdit us.
Risu omnes qui aderant, emoriri. denique,
Metuebant omnes jam me. G. non injuriâ.
T. Sed heus tu, pergon' ego me de istac Thaidi,
Quòd eam me amare suspicatur? G. nihil minùs.
Immò magis auget suspicionem. T. cur? G. rogas?
i quæritur in prima fabulæ parte.
Scin'? i si quando illa mentionem Phædriæ
Facit, aut si laudat, te ut malè ut at? T. sentio.
G. Id ut ne fiat, hæc res sola est remedio.
Vbi nominabit Phædriam: tu Pamphilam
Continuò: si quando illa dicet, Phædriam
Commessatum intromittamus: tu Pamphilam
Cantatum provocemus, si laudabit hæc
Illius formam: tu hujus contrà, Deniq;

*Tu par pari referto, quod eam mordeat.*
T. *Siquidem me amaret, tum istuc prodesset Gnatho.*
G. *Quandò illud, quod tu dès, expectat, atque amat,*
*Iamdudum amat te; iamdudum illi facile fit,*
*Quod dolcat: metuet semper, quem ipsa nunc capit*
*Fructum, nè quandò iratus tu [i] at ei conferas.*
T. *Bene dixti: at mihi istuc non ita mentem pepercit.*
G. *Ridiculum, non enim cogitaras: cæterum,*
*Idem hoc tute melius [k] quantò inveniſſes Thraſo?*

[i] Locum pro persona posuit.
[k] Cum ponderę pronunciandum

## ACTVS III. SCENA II.

Arg. Parmeno eunuchum & Æthiopiſſam, Phædriæ munera, tradit Thaidi, & uti jussus erat, verbis ornat: eidem Thraſo & paraſitus inſultant.

*Eiuſdem generis.*

THAIS, THRASO, PARMENO, GNATHO, PYTHIAS, Ancilla.

THA. *Audive vocem? viſa ſum modò militis:*
*Atqui eccum. Salve mi Thraſo.* THR. *Thais mea,*
*Meum [*] ſuavium, quid agitur? ecquid nos amas*
*De fidicinâ iſtac?* PAR. *[b] quàm venuſtè! quod dedit*
*Principium adveniens!* THA. *Plurimùm merito tuo.*
GN. *Eamus ergo ad cœnam: quid ſtas?* PAR. *hem alterum.*
*Ex homine hunc natum dicas.* THR. *ubi vis non moror.*
PAR. *Adibo, atque adſimulabo, quaſi nunc exeam,*
*Iturán' Thais quopiam es?* THA. *ebem Parmeno,*
*Benè feciſtis, hodiè ituri.* PAR. *quo?* TH *ecquid [c] hunc vides?*
PAR. *Video, & me tædet. Vbi vis, dona adſunt tibi*
*A Phædriâ.* THA. *quid ſtamus? cur non imus hinc?*
PAR. *Quæſo hercle ut liceat, pace quod ſiat tuâ,*
*Dare huic quæ volumus, convenire, & colloqui.*
THR. *Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia.*
PAR. *Res indicabit, Heus jubete iſtos foràs*
*Exire, quos juſſi, otyus proceđe tu huc.*
[d] *Ex Æthiopiâ eſt uſque hæc.* THR. *hîc ſunt tres minæ.*
GN. *Vix.* PA. *Vbi tu es? Dorida accede huc. hem eunuchum tibi*
*Quam liberali facie, quàm ætate integrâ!*
TH. *Ita me dij ament, honeſtus eſt.* PA. *quid tu ais Gnátho?*
*Nunquid habes, quod contemnas? quid tu autem Thraſo?*

*Tacent;*

[a] De omni sensu dici potest.
[*] φίλημα. græcè, quod simul & osculum & amores significat. Nam. Miſc. lib. 3.
[b] Ironia.
[c] Mirè pronomen invenit, nè quenquam lædat.

[d] Commendatio à longinquitate loci.

*Tacent: satis laudant. fac periculum in literis.*

[b] Olim his artibus liberi erudiebantur.

[c] *Fac in Palestrâ, in musicis, quæ liberum*
*Scire æquum est adolescentem, solertem dabo.*

THR. [f] *Ego illum eunuchum, si sit opus, vel sobrium.*

[f] Honesta ellipsis ob Thaidis præsentiam.

PA. *Atque hæc qui misit, non sibi soli postulat*
*Te vivere, & suâ causâ excludi cæteros:*
*Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas*
*Ostentat: neque tibi obstat: quod quidam facit.*
*Verùm, ubi molestum non erit, ubi tu voles,*
*Vbi tempus tibi erit, sat habet, si tum recipitur.*

THR. *Apparet servom hunc esse domini pauperis,*

[g] Assentator approbat militis dictum.

*Miserique.* GN. *nam hercle nemo posset, & sat scio,*
*Qui haberet, qui parceret alium, hunc perpeti.*
P. *Tace tu: quem esse ego puto infra omnes infimos*
*Homines? nam qui huic animum assentari induxeris,*

[h] Vetus adag. in adulatores.

*E flammâ te petere cibum posse arbitror.*

THR. *Iamne intus? TH. hos prius introducam, & quæ volo,*
*Simul imperabo? posteà continuò exeo.*
THR. *Ego hinc abeo: tu istam operire.* P. *haud convenit*
*Vnà cum amicâ ire imperatorem in viâ.*
THR. *Quid tibi ego multa dicam? domini similis es:*
GN. *Ha, ha, he. T. quid rides? GN. istuc, quod dixti modò:*
*Et illud de Rhodio dictum in mentem venit.*
*Sed Thais exit.* THR. *abi, præcurre, ut sint domi*

[i] Ellipsis ethica, quia plus vultu quam verbis signatur.

*Parata omnia.* GN. *i stat.* TH. *diligenter Pythias*
*Fac cures, si Chremes huc fortè advenerit,*
*Vt ores, primùm ut maneat; si id non commodum est,*
*Vt redeat: si id non poterit, ad me adducito.*
PY. *Ita faciam.* TH. *quid? quid aliud volui dicere?*
[k] *Hem, curate istam diligenter virginem,*
*Domi adsitis, facite.* T. *Eamus.* TH. [k] *vos me sequimini.*

[k] Bombus, Ehem.

[k] Ad pedissequas refertur.

## ACTVS III. SCENA III.

Arg. Chremes probus adolescens amari se à Thaide suspicatur, quem amorem effugere studet.

*Iambici Senarii.*

CHREMES, PYTHIAS.

[a] Oratio cogitabundi, & futura multò ante secum volventis.

C. [a] *PRoficiscor quantò magis magisque cogito,*
*Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum:*

*Ita*

*Ita me videò ab eâ astutè labefactarier:*
*Iam tum cùm primùm jussit me ad se accersier,*
*(Roget quis, quid tibi cum illâ? ne morâm quidem)*
*Vbi veni, causam,* [b] *ut ibi manerem, repperit.*
*Ait rem divinam fecisse, & rem seriam*
*Velle agere mecum, jam tum erat suspicio.*
*Dolo malo hæc fieri omnia: ipsa accumbere*
*Mecum, mihi sese dare, se monem quærere.*
*Vbi friget, hùc evasit, quàm pridem pater*
*Mihi & mater mortui essent: dico jam diù.*
*Rus Sunii ecquod habeam, & quàm longè à mari?*
*Credo ei placere hoc: sperat se à* [c] *me avellere.*
*Postremò, ecqua inde parva periisset soror,*
*Ecquis cum eâ una; quid habuisset, cum perit;*
*Ecquis eam posset noscere: hæc cur quæritet?*
*Nisi illa fortè, quæ olim periit parvola*
*Soror, hanc sed* [d] *intendit esse, ut est audacia.*
*Verùm ea si vivit, annos nata est sedecim,*
*Non major: Thais, ego quàm sum, majuscula est.*
*Misit porrò orare, ut venirem serò.*
*Aut dicat quid volt, aut molesta nè siet,*
*Non hercle veniam tertiò. heus, heus.* PY. * *hic quis est?*
CH. [e] *Ego sum Chremes.* PY. *ô capitulum lepidissimum!*
CH. *Dico ego mî insidias fieri?* PY. *Thais maximo*
*Te orabat opere, ut cras redires.* CH. *rus eo.*
PY. *Fac amabò.* CH. *non possum, inquâ.* PY. *at apud nos hìc mane*
*Dum redeat ipsa.* CH. *nihil minùs.* PY. *cur mi Chremes?*
CH. [f] *Malam rem, abis hinc?* PY. *si istuc ita certum est tibi,*
*Amabò, ut illuc transeas, ubi illa est.* CH. *eo.*
PY. *Abi Dorias, citò. hunc deduce ad militem.*

b Manerem honestius, quàm dormirem.

c Tamquam à pertinaciter possidente.

d Διὰ κεφαλαίου πῆμα.

* Bembus hic est?

e Simplex rustici responsio.

f Indignatur de attrectatione Pythiæ.

## ACTVS III. SCENA IV.

Arg. Inducit personam, cui narraturus est Chærea quæ intus patrârit, hoc ideò fit, ut populus percipiat auribus, quod honestis oculis subjici nequit.

*Iambici, octonarii, catalectici.*

ANTIPHO.

[a] *HEri aliquot adolescentuli coïmus in Piræo,*
*In hunc diem ut de symbolis* [a] *essemus. Chærean ei rei*

a Essemus à verbo sum. Plaut. minore nusquam benè fui dispendio. Et sæpè alias.

Præ-

*Præfecimus: dati annuli: locus, tempus constitutum est:*
*Præteriit tempus: quo in loco dictum est, parati nihil est.*
*Homo ipse nusquā est: neq; scio quid dicam, aut quid conjecti,*
*Nunc mihi hoc negetis cæteri dedicre, ut illum quæram:*
*Id si adeo visum si domi est. b quisnam hinc à Thaide exit?*
*Is est, annon est ipsus est, quid hoc hominis? qui est hic? o natus?*
*Quid illud malest? nequeo satis mirari, neque conjicere,*
*Nisi quicquid est, procul hinc libet prius, quid sit, scisciteri.*

ACTVS III. SCENA V.

Arg. Chærea foras prosiliens exultat, quòd virgine potitus sit, quid intus patrârit, narrat fortè obvio Antiphoni.

*Trochaici & iambici octonarii acatalectici & catalectici.*

CHÆREA, ANTIPHO.

*Numquis hîc est? nemo est. Numquis hinc me sequitur? nemo homo est.*
*Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium? prò Iupiter,*
*b Nunc est profectò, interfici cum perpeti me possum,*
*Ne hoc gaudium contaminet vitæ aliquâ ægritudine.*
*c Sed neminemne curiosum intervenire nunc mihi,*
*Qui me sequatur, quoquo eam, rogitando obtundat, enecet?*
*Quid gestiam, aut quid lætus sim, quò pergam, unde emergam, ubi siem*
*Vestitum hunc nactus, quid mihi quærā, sanus sim, annè insanio?*
A. *d Adibo atq; ab eo gratiam hanc quam video velle, inibo.*
*Chærea quid est, quod sic gestis? quid sibi hic vestitus quærit?*
*Quid est, quod lætus sis? quid tibi vis? satin' sanus? quid me*
*Aspectas? quid taces? C. O festus dies hominis! amice,*
*Salve, nemo omnium est, quem ego magis nunc cupiam videre.*
A. Narra istuc quæso quid sit. C. immò ego te obsecro hercle, ut audias.
*e Nostin' hanc quam frater amat? A. novi, nempe opinor Thaidē.*
C. Istā ipsam. A. sic cōmemineram. C. quædā hodie est dono data
*Virgo: quid ego ejus tibi nūc facie prædicē, aut laudē Antipho,*
*Cum ipsum me nōris, quàm elegans formarum spectator siem?*
*In hac cōmotus sum. A. ain' tu? C. f primā dices scio, si videris.*
*Quid multa verba? amavi capi, fortè fortuna domi*
*Quidā erat eunuchus quem mercatus fuerat frater Thaidis:*
*Neq; is de nobis etiam tum ad eam summonuit me Parmeno*

Ibi

a Hæc verba gestum vultumque indicant exeuntis.
b Instabilitatem fortunæ timet.
c Exordium patheticum.
d Occasione obviæ personæ, quæ turpiter gesta ob oculos poni non licebat, spectatoribus narrat.
e Narratio qua exponitur protasis secundæ partis in fabulâ.
f Narratio flagitii.

Chærea, sub Eunuchi habitu virgine vitiatâ vix cognitus

Vbi servus, quod ego arripui. A. quid id est? C. Si tacitus citiùs audies,
Vt vestem cum illo mutem, & pro illo jubeam me illuc ducier.
A. Pro eunuchon'? C. sic est. A. quid tandem ex eâ re ut caperes commodi? (pho:
C. Rogas? videre, audire, esse unà, quæ cum cupiebam Anti-
Num parva causa, aut parva ratio est? traditus sum mulieri.
Illa illicò ubi me accepit, lætâ verò ad se abducit domum:
Commendat virginem. A. cui? tibine? C. mihi. A. satis tutò tamè.
C. Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat; & mihi, ne abscedam, imperat,
In interiore parte ut maneam solus cum sulâ: annuo,
Terrâ intueas modestè. A. miser! C. ego, inquit, ad cœnâ hinc eo.
Abducit secum ancillas, paucæ, quæ circum illâ essent, manet,
Novitiæ puellæ: continuò hæc adornant, ut lavet,
Adhortor, properant: dum apparatur, virgo in conclavi sedet,
Suspectans tabulâ quandâ pictâ, ubi inerat pictura hæc, Iovis
Quo pacto Danaë mississe aiunt quòdâ in gremiû imbrê aureû
Egomet quoque id spectare cœpi: & quia consimilem luserat
Iam olim ille ludum, impendio magis animo gaudebat mihi,
Deum sese in hominem convertisse, atq; per alias tegulas,
Venisse clanculum per impluvium, fucum factum mulieri.
At quem Deum? qui templa cœli summo sonitu concutit.
Ego homuncio hoc nõ facerẽ ego illud verò ita feci ac lubens.
Hæc dum mecum repeto, accersitur lavatum interea virgo.
It, lavit, redit: deinde illam in lecto illæ collocârunt.
Sto expectans, si quid mihi imperent. Venit una, heus tu, inquit, Dore,
Cape hoc flabellũ, & ventulum huic sic facito, dũ lavamur.
Vbi nos laverimus, si voles, lavato. accipio tristis.
A. Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimiũ vellẽ
Status quis esset, flabellum tenere te asinum tantum.
C. Vix elocuta est hoc, foràs simul omnes proruunt se:
Abeunt lavatum, perstrepunt, ita ut fit, domini ubi absunt,
Interea somnus virginem opprimit. ego limis aspecto
Sic per flabellum clanculùm, & simul alia circumspecto,
Satin' explorata sint, video esse pessulum ostio obdo.

A. Quid

a Correptio intercipiẽtis narrationem

b Res amanti gratissimæ.

c Occasio à solitudine.

d Ita Heaut. Act. 5. Scen. 7. & Phor. Act. 5. Scen 9

e Tabula de Jove, & Danaë digna lupanari.

f Ludum non scelus dixit, Jovi, & sibi de nequitia blandiens.

g Templa cœlũ ipsum significant.

h Victorius in lib. 4. Famil. epi. Cic. legit homũcio non facerẽ.

i Homerus Odyss. π. ὧπο πάντ ἐρπνε ἔνθ

k Mos familiæ petulantis.

l Clausa gutture explicata narratio.

A. Quid tu? CH. quid tum, fatue? A. fateor. CH. egón' occasionem
Mihi ostentatam, tam brevem, tam optatam, tam insperatam
Amitterem? tum pol ego is essem verè, qui assimulabar.
A. Sanè hercle ut dicis, sed interim de symbolis quid actum est?
C. Paratum est. A. frugi es: ubi? domin'? C. imò apud libertum
Discum.
A. Perlongè est, sed tantò ocyùs properemus, muta vestem.
C. Vbi mutem? perij, nam domo exulo nunc, metuo fratrem,
Ne intùs sit: porrò autem, pater ne rure redierit jam.
A. Eamus [g] ad me: ibi proximùm est ubi mutes. c. rectè dicis.
Eamus. & de istac simul, quo pacto porrò possim
Potiri, consilium volo capere unà tecum. A. fiat.

[g] Id est, in domum meam.

## ACTVS IIII. SCENA I.

Arg. Dorias ancilla hîc narrat, quid in convivio militis actum sit.

*Ejusdem generis.*

### DORIAS.

ITa me dij benè ament, quantùm ego [a] illùm vidi, non nihil timeo
Misera, ne quam ille bodiè insanùm turbam faciat, aut vim
Thaidi.
Nam postquàm iste advenit Chremes adolescens, frater virginis,
Rogat, illum admitti ut jubeat: ille continuò [b] irasci, negare,
Negare audere: Thais porrò instare, ut hominem invitet. id
Faciebat retinendi illius causâ, quia illa, quæ cupiebat
De sorore ejus indicare, ad eam rem tempus non erat.
Invitat tristis: mansit ibi, illa cum illo sermonem [c] illicò.
Miles verò sibi putare [d] adductum antè oculos æmulum:
Voluit facere contrà huic ægrè: heus, heus, inquit, puer huc
Pamphilam.
Accerse, ut delectet hîc nos illa exclamat, minimè gentium.
Tún' in convivium illam? miles [e] tendere inde ad jurgium,
Interea aurum sibi clam mulier [f] demat, dat mihi ut auferam.
Hoc est signi, ubi primùm poterit, sese illinc subducet, scio.

[a] Illum, scilicet Thrasonem.

[b] Infinitum pro finito.

[c] Alijs, occipit.

[d] Locus agnoscendæ virginis.

[e] In est, pervicaciter nitebatur. Virg. Vasto certamine tendunt.

[f] Bembus demet.

## ACTVS IV. SCENA II.

Arg. Secum cogitans Phædria, quæ sit intercepti amoris passurus incommoda, si totum biduum rure manserit, vincente amore in urbem redit.

*Iambici Senarij.*

### PHÆDRIA

Pum

[a] DVm rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ita ut fit, ubi quid in animo est molestiæ,
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Pejorem partem. quid opus est verbis? dum hæc puto,
Præterij imprudens villam, longè jam abieram:
Cùm sensi, e deo rursum, malè vcrò me habens:
Vbi ad ipsum veni [b] diverticulum, constiti:
Occœpi, mecum cogitare: hem biduum hîc
Manendum est soli sine illâ? quid tum postcà?
Nihil est: quid? nihil? si non tangendi copia est,
Eho ne videndi quidem erit? si illud non licet,
Saltem hoc licebit: certè extrema [c] lineâ
Amare, haud nihil est: villam prætereo sciens.
Sed quid hoc, quòd timida subitò egreditur Pythias?

a Tempus postulat Phædriæ reditum, ubi acta sunt omnia, quæ illius absentiam desiderabant.

b Diverticulum ubi incipit semita quæ digredientem à via publica in villam deducit, Nannii Misc. lib. 1.

ACTVS IV. SCENA III.

Arg. Pamphilam ab eunucho vitiatam magnoperè queritur Pythias, miratur Phædria: atque ita ex illius querela, & hujus errore, multum delectationis spectator capit.

*Iambici octonarij, quibus adsunt trochaici, iambicus senarius unus.*

PYTHIAS, DORIAS, PHÆDRIA.

c Ordine & gradu transf. à lineis & intersepeis theatri. Sunt verò quinque amoris lineæ Visus, colloquium, tactus, osculum, concubitus, Vide sup. Act. 2. Scen. 3.

VBI [a] illum ego sceleroſum misera, at q̃ impium inveniam? aut ubi quæram?

Hoccine tam audax facinus facere esse ausum? PH. perij: hoc (gnem,
quid sit, vereor.

PY. [b] Quin insuper etiam scelus, postquam ludificatus est vir-
Vestem omnem miserè discidit, tum ipsam capillo conscidit.

PH. Hem. PY. qui nunc si detur mihi,
Vt ego unguibus facilè illi in oculos involem venefico?

PH. Profectò nescio quid absente nobis turbatum est domi:
Adibo, quid istuc? quid festinas? aut quem quæris, Pythia?

PY. [c] Hem Phædria, egon' quem quæram? ahi hinc quò dignus es.
Cum donis tuis tam lepidis. PH. quid istuc est rei?

PY. Rogas me? [d] eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?

a Supra ipse Chærea narravit suum factum: hîc in personas spargitur, & idem factum narratur dissimili figura orationis.

b Hic videas quanta sit poëtæ copia. c Phædriæ insani crimen imputat. d Vel duplex interrogatio, quæ dedisti nobis? quas turbas dedit? vel est *Antiptosis*.

*Vitiavit virginẽ quam beræ dederat dono miles.* PH. *quid ais?*
PY. *Perij.* PH. *temulenta es.* PY. *utinam sic sient, mihi qui malè volunt.*
DO. *An obsecro mea Pythias, quid istuc nam monstri fuit?*
PH. *Insanis: quî istuc facere Eunuchus potuit?* PY. *ego illum nescio,*
*Qui fuerit: hoc, quod fecit, res ipsa indicat.*
e Argumentis factum ostendit. — *e Virgo ipsa lacrumat, neq; cùm rogites quid sit, audet dicere.*
f εἰκότως. — *Ille autẽ f bonus vir vusquã apparet, etiam hoc miseræ suspicor,*
*Aliquid domo abeuntem abstulisse.* PH. *nequeo mirari satis,*
g Omnes suspiciones ad eunuchum revocat. — *Quò abire ignavus ille posset longius, nisi domum*
*Fortè ad nos rediit.* PH. *vise amabò, num sit.* PH. *jam faxo scies.*
DO. *Perij. obsecro, tam infandum facinus, mea tu, ne audivi quidem.*
PY. *At pol ego amatores audieram mulierum esse eos maximos,*
h Sic Priscian. legit. Vide & Rivij castigationes. — *h Sed nihil potesse: verùm miseræ non in mentem venerat.*
*Num illum aliquò conclussem, neq; illi commisissem virginem.*

## ACTVS IV. SCENA. IV.

Arg. Hîc ridiculo quodam & perjucundo errore spectatores oblectantur. Phædria enim credit eunuchum quæri, quem dono Thaidi dederat, & hunc iratus adoritur, ut virginis stupratorem signis tandem, & argumentis comperit à Chærea fratre perpetratum scelus.

*Iambici senarij & trochaici octonarij.*

a Vt narratio & longior sit, & magis ridicula, pergit in personas spargere — PHÆDRIA, DORVS, PYTHIAS, DORIAS.

PH. [a] *EXi foras sceleste: at etiam restitas?*
*Fugitive prodi, malè conciliate.* DO. *obsecro,* P. *ob.*
*Illud vide, os ut sibi detorserit carnifex.*
*Quid huc reditio est? quid vestis mutatio est?*
*Quid narras? paululum si cessassem Pythia,*
*Domi non offendissem: ita jam ornabat fugam.*
PY. *Habesne hominem amabò?* PH. *quid ni?* PY. *ô factũ benè.*
b Error utriusque, Phædriæ scilicet & Pythiæ. — DO. *Istuc pol verò benè.* PY. [b] *ubi est?* PH. *rogitas? non vides?*
P. *Videam obsecro, quem?* PH. *hunc sci icet* P *quis hic est homo?*
PH. *Qui ad vos deductus hodie est.* P. *hunc oculis suis*
c Nostrarum nunquam quisquam vidit, id est, nulla ex nobis. — *c Nostrarum nunquam quisquam vidit,* Phædria.
PH. *Non vidit?* P. *an tu hunc credidisti esse obsecro,*
*Ad nos deductum?* PH. *namq; alium habui neminem.* P. *at,*
*Ne comparandus hic quidem ad illum est. Ille erat*

Hone-

[a] *Honestâ facie & liberali.* PH. *ita visus est*
*Dudum, quia variâ veste exornatus fuit:*
*Nunc tibi videtur fœdus, quia illam non habet.*
P. *Tace obsecro, quasi verò paulùm intersiet:*
*Ad nos deductus hodiè est adolescentulus,*
*Quem tu verò videre velles Phædria.*
[c] *Hic est vetus, vietus, veternosus senex,*
*Colore mustellino.* P. *bem, quæ hæc est fabula?*
*Eò redigis me, ut quid egerim, egomet nesciam.*
*Eho tu, emin' ego te?* DO. *emisti.* P. *jube mihi denuò*
*Respondeat.* PH. *roga.* P. *veniistin' hodiè ad nos? negat.*
*At ille alter venit annos natus sedecim:*
*Quem secum adduxit Parmeno.* PH. *agedum hoc mihi expedi.*
*Primùm unde habes istam, quam habes, vestem? taces?*
[f] *Monstrum hominis, non dicturus?* DO. *venit Chærea.*
PH. *Fraterne?* DO. *ita est.* PH. *quando?* DO. *hodiè.* PH.
*quàm dudum?* DO. *modò.*
PH. *Quicum?* DO. *cum Parmenone.* PH. *norásne eum priùs?*
DO. *Non: nec quis esset, unquam audieram dicier.*
PH. *Unde igitur meum fratrem esse sciebas?* DO. *Parmeno*
*Dicebat eum esse, & is dedit hanc mihi vestem.* PH. *occidi.*
DO. *Meam ipse induit: post unà ambo abierunt foràs.*
PH. *Iam satis credis sobriam esse me, & nil mentitam tibi?*
*Iam satis certum est virginem vitiatam esse.* PH. *age nunc,*
*bellua.*
*Credis huic quod dicat?* P. *quid isti credam? res ipsa indicat.*
YH. *Concede istuc paululum; audin'? etiam paululum, sat est.*
[h] *Dic dum hoc rursum: Chæream' tuam vestem detraxit tibi?*
DO. *Factum.* PH. *& eâ est indutus?* DO. *factum.* PH. *&*
*pro te huc deductus est?* DO. *ita.*
PH. *Iupiter magne,* [i] *ô scelestum, atq; audacem hominem!*
P. *Væ mihi.*
*Etiam nunc credis indignis nos esse irrisas modis?*
PH. *Mirum, ni tu credas quod iste dicat. quid agam, nescio.*
*Heus tu, negato rursum. posúmne ego hodie ex te exculpere*
*Verum?* [k] *vidistin' fratrẽ Chæream?* DO. *non.* PH. *non potest' sine*
*Malo fateri, video, sequere me hâc: modò ait, modò negat.*

[a] Elegans Chæreæ descriptio ab ignoto.

[c] Eunuchi deformis descriptio.

[f] Obliquæ interrogationes, à quibus testimonia derivare nititur.

[g] Eunuchus rem aperit.

[h] Sic interrogat ut ea negari velit.

[i] Exclamatio bifariam accipienda.

[k] Amplificatio & dilatatio quæstionis.

Deploratio

*Ora me.* DO. *obsecro te verò Phædria.* PH. *I intrò.* DO. [l] *hoi, hei.*
P. *Alio pacto honestè quomodo hinc nunc abeam, nescio:*
*Actum est siquidem: tu me hic etiam nebulo ludificabere:*
PY. *Parmenonis tam scio esse hanc technam, quàm me vivere.*
DO. *Sic est.* PY. *inveniam hodie parem ubi pol referam gratiam.*
*Sed nunc quid faciendum censes, Doria?* DO. *de istac rogas*
*Virgine?* PY. *ita utrum taceámne, an prædicem:* DO. *pol si sapis,*
[m] *Quod scis nescius, neque de eunucho, neque de vitio virginis,*
*Hac re & omni turbâ evolves te, & illi gratum feceris.*
*Id modò dic, abisse Dorum.* PY. *ita faciam.* DO. [n] *sed videón*
*Chremem?*
*Thais jam aderit.* PY. *quid ita?* DO *quia cum inde abeo,*
*jam tunc inceperat*
*Turba inter eos.* PY. *aufer aurum hoc; ego scibo ex hoc quid sit.*

[m] Sanum consilium.

[n] Oeconomia ad futurum fabulæ exitum.

## ACTVS IV. SCENA V.

Arg. A cœna militis vino semigravis egreditur Chremes adolescens, in cujus persona Terentius exprimit egregiè temulentorum consuetudinem, qui priorum memores, in præsentibus titubant.

*Iambici octonarii.*

CHREMES, PYTHIAS.

[a] Interjectio est paulatim percepti mali.

[b] Temulenti conditio.

[c] Id est, paulò ante.

C. [a] *Atat, data herclè verba mihi sunt: vicit vinũ quod bibi.*
*At dum accubabam, quàm videbar mihi esse pulchrè sobrius?*
*Postquam surrexi,* [b] *neq; pes, neq; mens satis suum officiũ facit.*
PY. *Chreme.* C. *quis est? ebem Pythia, vah quantò nunc formosior*
*Videre quàm* [c] *dudum?* P. *certè quidem tu pol multò alacrior.*
C. *Verbum hercle verum hoc est: SINE Cerere & Libero friget Venus.*
*Sed Thais multò antè venit?* P. *ame abiit jam á milite?*
C. [d] *Iamdudum ætatem lites sunt inter eos facta maxume.*
P. *Nihil dixit tum, ut sequerere sese?* C. [e] *nihil, nisi abiens*
*mihi imuit.*
P. *Eho, nónne id sat erat?* C. *at nesciebam id dicere illam, nisi*
*quia*
*Correxit miles, quod intellexi minus, nam me extrusit foràs,*
*Sed eccam ipsam video: mirer, ubi huic ego antevorterem.*

[d] Id est, longo tempore.

[e] Simplex omninò Chremes inducitur.

## ACTVS IV. SCENA VI.

Arg. Colloquuntur Thais & Chremes; contra militem se muniunt quem

quem venturum putant, ut virginem eripiat, timidior hic Chremes inducitur, quam Thais.

*Trochaici & iambici octonarii, trochaicus quaternarius, & iambicus quaternarius.*

THAIS, CHREMES, PYTHIAS.

T. CRedo equidem illum jam affuturum esse, illam ut eripiat: sine
[a] Veniat: atqui, si illam digito attigerit uno, oculi illicò
Effodientur. usque eò ego illius ferre possum inceptias,
Et magnifica verba, verba dum sint, verùm enim si ad * rem conferentur, vapulabit.
C. Thais, ego jamdudum hîc adsum. T. ô mi Chreme, teipsum expectabam *,
Scin' tu turbam hanc propter te esse factam? & adeò ad te attinere hanc
Omnem rem? C. [b] ad me? quî? quasi istuc. T. quia dum tibi sororem studeo
Reddere, & restituere, hæc atque hujusmodi sum multa passa.
C. Vbi ea est? T. domi apud me. C. ebem. T. quid est?
Educta ita uti teque illaque dignum est. C. quid ais? T. id quod res est:
[c] Hanc tibi dono do, neq; repeto pro illâ abs te quidquam pretii.
C. Et habetur, & referetur à me Thais tibi, ita uti merita es,
Gratia. T. [d] atenim cave, ne prius quam hanc à me accipias, amittas
Chreme: nam hæc ea est, quâ miles à me vi nunc venit ereptum.
Abi tu, cistellam Pythias domo effer cum [e] monumentis.
C. Viden' tu illum Thaïs? P. ubi ista est? T. in risu odiosa cessas?
C. Militem secum ad te quantas copias adducere?
At at. T. uum [f] formidolosus obsecro es mi homo? C. [g] apage sis
Egon' formidolosus? nemo est hominum, qui vivat, minùs.
T. Atq; ita opus est. C. au, metuo qualem tu me esse hominem existumes.
T. Immò hoc cogitato: quicum res tibi est, peregrinus est,
Minùs potens quam tu, minus notus, amicorum hic habens minus.
C. Scio istuc. Sed tu quod cavere possis, stultum admittere est.
Malo ego nos prospicere, quam hunc ulcisci acceptâ injuriâ,

[a] παρεδ. χειν ejus motus, quem miles excitabit oppugnaturus ædes.
* Id est, ad opus Nanniî Mil. lib. 1.
* Alias expecto.
[b] Vt rusticus prudens & timidus turbatus est his verbis.
Beneficium exhibet, non pretium poscit.
[d] Ad bellum futurum animat.
[e] Monumenta sunt, quæ inepti instrumenta vocant.
[f] Timoris indicium.
[g] Verbum comicum sive adverbium Græcum id est, recede.
[h] Facilem victoriam proponit.

Fugiendi occasionem quærit.

*Abi tu, atque ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum:*
*Volo ego adesse hic advocatos nobis in turbâ hâc.* TH. *mane.*
C. *Melius est.* T. *mane.* C. *omitte, jam adero.* T. *nil opus est istis Chremes:*

[k] Ab justo & possibili. [l] Nam violento civiliter resistit solet.

*Hoc dic modò,* [k] *sororem illam tuam esse, & te parvâ virginem Amisisse, nunc cognôsse: signa ostende.* P. *adsunt.* T. *cape.*
[l] *Si vim faciet, in jus ducito hominem: intellextin'?* C. *probè.*
T. *Fac animo hæc præsenti dicas.* C. *faciam.* T. *attolle pallium.*
*Perii, huic ipsi opus patrono est, quem defensorem paro.*

ACTVS IV. SCENA VII.

Arg. Ineptimilitis vanitatem optimè hic exprimit Terentius, cùm furenti similis ad amicam tanquam ad hostilem pergit exercitu.

*Iambici, trochaici, octonarii.*

THRASO, GNATHO, SANGA, CHREMES, THAIS.

[a] Epitasis prioris partis in fabula, est autem perridicula Thrasone digna.

THR. [a] *Hancine ego ut contumeliam tam insignem in me accipiam Gnatho?*
*Mori me satius est, Simalio,* [*] *Donax, Syrisce, sequimini.*
*Primùm ædes expugnabo.* G. *rectè.* THR. *virginem eripiam.* G. [b] *probè.*

[*] Dorax.

[b] Gnatho ad omnia assentatur.

THR. *Malè multabo ipsam.* GN. *pulchrè.* THR. *in medium huc agmen* [*] *cum vecti, Donax;*
*Tu Simalio in sinistrum* [*] *cornu, tu Syrisce in dexterum,*
*Cedo alios: ubi centurio est Sanga, & manipulus furum?* S. *eccum adest.*

[*] Sic Prisc. lib. 7. legit. [c] Antiq; corrium.

THR. *Quid ignave? periculon' pugnare, qui istum huc portes, cogitas?*
S. *Egone? imperatoris virtutem noveram, & vim militum:*
*Sine sanguine hoc fieri non posse: qui abstergerem* [c] *vulnera.*

[c] Ridendo hæc Sanga dicit, [d] Acerbè militem irridet.

THR. *Vbi alii?* S. *qui, malum, alii? solus Sannio servat domũ.*
T. *Tu hosce instrue: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.*

[*] Aljas diem, antiquum adverbium est, & brevitatem temporis significat, ita in Phor. Act. 3. Scen. 3. dum agitur diem licet.

G. [d] *Illuc est sapere: ut hosce instruxit, ipsus sibi cavit loco.*
T. [*] *Idem hoc jam Pyrrhus factitavit.* C. *viden' tu Thais, quam hic rem agit?*
*Nimirum consilium illud rectum est de occludendis ædibus.*
T. *Sanè, quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est.*

Ne

*Ne metuas.* TH. *quid videtur?* G. *fundam tibi nunc nimis vellem dari,*
*Vt tu illos procul hinc* [e] *ex occulto cæderes, facerent fugam.*
THR. *Sed eccam Thaidem ipsam video.* G. *quam mox irruimus* THR. *mane.*
OMNIA *prius experiri verbis, quàm armis, sapientem decet.*
*Qui scis, an quæ jubeam, sine vi faciat?* G. *Dy vostram fidem,*
[f] *Quanti est sapere! numquã accedo, quin abs te abeam doctior.*
T. *Thais, primum hoc mihi respondes: cum tibi do istã virginem,*
[g] *Dixtin' hos mihi dies soli dare te?* TH. *quid tum postea?*
THR. *rogitas?*
*Quæ mihi ante oculos amatorem coram addux' ti tuum.*
T. *Quid cum illo ut agas?* T. *& cum eo clam te subduxti mihi.*
Th. [h] *Libuit.* THR. *Papbilã ergo hic reddes, nisi vi mavis eripi.*
CH. *Tibi illam reddat? aut tu eam tangas? omnium* G. *ah quid ais? tace.* (furcifer?
C. [i] *Quid tu tibi vis?* T. *ego nõ tangã meã?* CH. *tuam autem*
GN. *Cave sis: nescis, cui maledicas nunc viro.* C. *non tu hinc abis?*
[k] *Scin' tu, ut tibi res se habeat? si quidquam hodiè hic turbæ cœperis,*
*Faciam, ut hujus loci, dieique, meiq; semper memineris.*
G. *Miseret tui me, qui hunc tantũ hominem facias inimicũ tibi.*
C. [l] *Diminuam ego caput tuũ hodiè, nisi abs.* G. *ain' verò canis?*
*Siccine agis?* THR. *quis tu es homo? quid tibi vis? quid cum illâ rei tibi est?*
C. *Scibis, principio eam esse dico liberam.* THR. *hem.* C. *civem Atticam.* THR. *hui.*
C. *Meam sororẽ.* THR. *os durum!* C. *miles nunc adeò edico tibi,*
*Ne vim facias ullam in illam.* [m] *Thais, ego eo ad Sophronam*
*Nutricem, ut eam adducam, & signa ostendam hæc.* THR. *'ún' me prohibeas,*
*Meam ne tangam?* C. *prohibeo inquam.* G. *audin' tu? hic furti se alliga't.* (respondeat.
C. *Satin' hoc est tibi?* THR. *idè hoc tu ais, Thais?* T. *quæres qui*
THR. [o] *Quid nunc agimus?* G. [p] *quin redeamus: jam hæc tibi aderit supplicans*

e Timorem militis notat
f Impudens assentatio.
g per contemptum respondet.
h Libuit, superbum, & meretricium verbum.
i Hæc pronomina multũ significantiæ habent.
k Vehemens meticulosi comminatio.
l Convitium in impudentes.
m Lenius hoc dicit, ne miles audiat.
n Μεταλλητικῶς, furtũ pro omni fraude & dolo accipitur.
o Vide, vani impetus quẽ exitum sumant.
p Bembus quid.

*Vltrò.* THR. *credin'?* G. *immò certè: novi ingenium mulierum?*
[f] Mulierum conditio. [f] *Nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultrò.* T. *benè putas.*
G. *Iam dimitto exercitum?* THR. *ubi vis.* G. *Sanga, ita uti*
*Milites, domi, foci fac vicissim ut memineris.* (*fortes decet*
SA. *Iamdudum est animus in patinis.* G. *frugi es.* THR. *vos me*
*hac sequimini.*

## ACTVS V. SCENA I.

Arg. Ex Pythia ancilla Thais a Chærea vitiatâ cognoscit Pamphilæ
*Iambici senarij.*

THAIS, PYTHIAS.

[a] Epitasis posterioris partis in fabula deprehenso Chærea.

T. [a] *PErgin' scelesta mecum perplexè loqui?*
*Scio, nescio: abyt: audivi, ego non adfui?*
*Non tu istuc mihi dictura apertè es, quicquid est?*
*Virgo conscissâ veste lacrumans obticet:*
*Eunuchus abyt, quamobrem? quid factum est? tacces?*
P. *Quid tibi ego dicam misera? illum eunuchum negant*
*Fuisse?* T. *quis fuit igitur?* P. *iste Chærea.*
[b] Convitium comicum in ancillas.
T. *Quid Chærea?* P. *iste ephebus frater Phædriæ.*
T. *Quid ais* [b] *venefica?* P. *atqui certò comperi.*
T. *Quid is* [c] *obsecro ad nos, quamobrem adductus est?* P. *nescio,*
[c] Dolentis est, non negantis.
*Nisi amâsse credo Pamphilam.* T. *hem, misera, occidi,*
*Infelix siquidem tu istæc verâ prædicas.*
*Num id lacrumat virgo?* P. *id opinor.* T. *quid ais sacrilega?*
*Istuccine interminata sum hinc abiens tibi?*
T. *Quid facerem? ita ut tu jussi, soli credita est.*
T. *Sceleste, OVEM lupo commisisti: dispudet*
*Sic mihi data esse verba, quid hominis ille est?*
[d] Blandè & puellariter.
P. *Hera mea tace, obsecro, salvæ sumus:* [d] *hominem*
*Habemus ipsum.* T. *ubi is est?* P. *hem, ad sinistram, non vides?*
*En.* T. *video.* P. *comprehendi jube, quantum potest.*
[e] Aliis facimus.
T. *Quid illi* [e] *facies, stulta?* P. *quid faciam, rogas?*
*Vide amabò, si non, cum adspicias, os impudens*
*Videtur.* T. *non.* P. *tam, quæ ejus confidentia est?*

## ACTVS V. SCENA II.

Arg. Thais cum Chærea contendit ob vitiatam Pamphilam: deinde condonat noxam petenti uxorem, quam vitiaverat.
*Ejusdem generis.*

CHÆREA, THAIS, PYTHIAS.

C. *Apud*

C. APud [a] Antiphonem uterque, mater, & pater,
Quasi dedità operâ, domi erant, ut nullo modo
Introire possim, quin viderent me, interim
Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obviàm
Venit: ubi vidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam desertum: inde item
In aliud, inde in aliud: ita miserrimus
Fui fugitando, ne quis me cognosceret,
Sed estne hæc Thais, quam video? ipsa est; hæreo.
[b] Ah, quid faciam? quid meâ autem? quid faciet mihi?
T. Adeamus, bone vir Dore, salve: dic mihi,
Aufugistin'? C. hera, factum. T. satin' id tibi placet?
C. Non. T. credin' te impune [c] habiturum. C. unam hanc noxam
Mitte: si aliam unquam admisero ullam, occidito.
T. Num meam sævitiam veritus es? C. non. T. quid igitur?
C. Hanc metui, ne me criminaretur tibi.
T. Quid feceras? C. * paullulum quiddam. P. [d] ebo, paullulum impudens?
An paullulum esse hoc tibi videtur, virginem
Vitiare civem? C. conservam esse credidi.
P. Conservam? vix me contineo, quin involem in
Capillum; monstrum, etiam ultrò derisum advenit.
T. Abi hinc insana. P. quid ita verò? [e] debeam,
Credo, isti quidquam furcifero, si id fecerim;
Præsertim cùm se servom fateatur tuum.
T. [f] Missa hæc faciamus. Non te dignum (Chærea)
Feciśti: nam si ego digna hâc contumeliâ
Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen.
[g] Neque ædepol, quid nunc consili capiam, scio,
De virgine istac: ita conturbâsti mihi
Rationes omnes, ut eam non possim suis,
Ita ut æquom fuerat, atque ut studui, tradere, ut
Solidum parerem hoc mihi beneficium, Chærea.
C. At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam
Fore Thais: sæpè ex hujusmodi re quapiam, &
MALO ex principio magna familiaritas.
[h] Conflata est. Quid si hoc quispiam voluit Deus?

a Hic causam reddit Chærea, cur non mutârit vestem.

b Primus metus adimit consilia, recogitatio verò reddit confidentiam

c Alias, abiturum.

* Crimen extenuat.

d Opportunè stomachatur, quia non fugit.

e Vide hic castigationes Ioan. Rivii.

f Artificiosa mereticis accusatio.

g Aperit viam futuris nuptiis: nam recidit á jocularibus ad seria.

h Placatur Thais, estque paraseeue catastrophes.

T. Equi-

T. Equidem pol in eam partem accipio, & volo.
CH. Immo ita quæso. unum hoc scito, contumelia
Non me feciſſe causâ, ſed amoris. TH. ſcio,
Et pol propterea magis nunc ignoſco tibi.
Non adeo inhumano ingenio ſum, Chærea,
Neq; tam imperita, ut, quid amor valeat, neſciam:
CH. Te quoque jam Thais, ita me Dij bene ament, amo.
PY. Tum pol ab iſto tibi (hera) cavendum intelligo.
C. Non auſim. PY. nihil tibi quidquam credo. TH. deſinas.
CH. Ego me tuæ fidei commendo & committo fidei.
Nunc ego te in hac re mihi oro ut adjutrix ſies:
Te mihi patronam cupio Thais, te obſecro:
Emoriar, ſi non hanc uxorem duxero.
TH. Tamen, ſi pater. C. quid? ah volet, certò ſcio,
Civis modo hæc ſit. T. paululum opperirier
Si vis, jam frater ipſe hic aderit virginis:
Nutricem accerſitum it, quæ illam aluit parvolam:
In cognoſcendo tute ipſe aderis Chærea.
C. Ego verò maneo. TH. vis ne interea, dum is venit,
Domi opperiamur potiùs, quàm hîc ante oſtium?
C. Immò percupio. PY. quam tu rem acturа obſecro es?
TH. Nam quid ita? PY. rogitas? hunc tu in ædes cogitas
Recipere poſthac? TH. cur non? P. crede hoc meæ fidei,
Dabit hic aliquam pugnam denuo. T. au, tace obſecro.
PY. Parum perſpexiſſe eius videre audaciam.
CH. Non faciam Pythia. PY. non pol, credo, Chærea,
Niſi ſi commiſſum non erit. C. quin Pythias
Tu me ſervato. PY. neque pol ſervandum tibi
Quidquam dare auſim, neq; te ſervare: apage te.
T. Optimè adeſt ipſe frater. C. perij hercle: obſecro
Abeamus intrò Thais: nolo, me in via
Cum hac veſte videat. T. quamobrem tandem? an quia pudet?
C. Id ipſum. PY. id ipſum? virgo verò. T. I præ, ſequar.
Tu iſtic mane, ut Chremem introducas Pythias.

g Commendo me notis, committo ignotis.
h Ἀναλύσις aut ἀναπαλαίωσις ſecũdi.
i Amatoriè dictum.
k Puellariter
l Interrogatio incœpatoria.

## ACTVS V. SCENA III.

Arg. Pythias ſecum cogitat, quo dolo Parmenonem ulciſci poſſit.

*Iambici Senarij.*

PYTHI-

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA.

*Quid? [a] quid venire in mentem nunc possit mihi,*
*Quidnam? qui referam illi sacrilego gratiam,*
*Qui hunc supposuit nobis? C. move vcrò ocyus*
*Te nutrix. S. moveo. C. video, sed nihil promoves.*
*P. Iámne ostendisti signa nutrici? C. omnia.*
*P. Amabò quid ait? cognoscit ne? C. [b] ac memoriter.*
*P. Benè adepol narras: nam illi faveo virgini.*
*Ite intrò jamdudum hera vos expectat domî.*
*C. Virum bonum eccum Parmenonem incedere*
*Video: vide ut ociosus sit, si diis placet.*
*Spero me habere, qui hunc meo [d] excruciem modo.*
*Ibo intrò, de cognitione ut certum sciam:*
*Post exibo, atque hunc [e] perterrebo sacrilegum.*

[a] Vt prolixior esset risus; spargitur catastrophe in alias personas, & terretur servulus Parmeno.
[b] Plus intulit quam rogabatur.
[c] ἐγγνωσις.
[d] Vindictam expetit.
[e] Minæ fœmineæ.

ACTVS V. SCENA IV.

Arg. Gloriatur Parmeno, quòd Chæream pro eunucho ad Thaidem deduxerit: meretricum sordes commemorat, quam rem iniquo ferit animo Pythias.

*Eiusdem rationis.*

PARMENO, PYTHIAS.

*Revisò quidnam Chærea hîc rerum gerat.*
*Quòd si astutiam tractavit, Dii vostram fidem,*
*Quantam, & quam veram laudem capiet Parmeno!*
*Nam ut omittam, quòd amorem difficillimum &*
*Charissimam ab meretrice avarâ virginem*
*Quam amabat, eam confeci sine molestiâ,*
*Sine sumptu, sine dispendio: tum hoc alterum,*
*Id verò est quod ego mihi puto [*] palmarium,*
*Me repperisse, quomodo adolescentulus*
*Meretricum ingenia, & mores posset noscere;*
*Maturè ut cum cognôrit, perpetuò oderit.*
*Quæ dum foris sunt, nihil [f] videtur mundius,*
*Nec magis compositum quidquam, nec mágis elegans:*
*Quæ cum amatore suo cùm cœnant, liguriunt.*
*Harum videre ingluviem, sordes, inopiam,*
*Quàm inhonestæ solæ sint domi, at ãs avidæ cibi,*
*Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent:*
*Nosse omnia hæc, salus est adolescenti,*

[*] Id est, palmâ dignum.
[f] Meretricum mores.

PY. p *Ego pol te pro istis dictis & factis, scelus,*
*Vlciscar; ut ne impunè in nos illuseris.*

ACTVS V. SCENA V.

Arg. Parmenonem terret Pythias: confingens intus colligatum à Chremete Chæream, propter oblatum Pamphilæ vitium,
*Trocheici, octonarii, catalectici.*

PYTHIAS. PARMENO.

pY.[a] *PRò Deûm fidē facinus fœdū: ô infelicē adolescentulum!*
*O scelestum Parmononem, qui istum huc adduxit!*

pA. *quid est?*

pY. *Miseret me: ita q̄, ut ne viderem, misera huc effugi foràs,*
*Quæ futura [b] exempla dicunt in eum indigna?* pA. *ô Iupiter,*
*Quæ illæc turba est? numnā ego perii? adibo. quid istuc Pythias?*
*Quid ais? in quem exempla fient?* pY. *rogitas, audacissime?*
[c] *Perdidisti istum, quem addûxti pro eunucho, adolescentulum.*
*Dum studes dare verba nobis.* pA. *quid ita: aut quid factum est? cedò.*

pY. *Dicam: virginem istam, Thaidi bodiè quæ dono data est,*
*Scin' eam hinc [d] civem esse? & ejus fratrem adprimè nobilem?*
pA. *Nescio.* pY. *atqui sic inventa est: eam iste vitiavit [e] miser,*
*Ille ubi id rescivit factum, fratcr violentissimus.*

pA. *Quidnam fecit?* p *colligavit primum eum miseris modis.*
pA. [f] *Colligavit? hem.* p. *át q̄, equidem orabam, ut ne id faceret, Thaide.*

pA *Quid ais?* p. *nunc minatur porrò sese id [g] quod mœchis solet:*
*Quod ego nunquam vidi fieri, neq̄, velim.* pA. *quâ audaciâ*
*Tantum facinus audet?* p. *quid ita tantum?* pA. *an non hoc maxumum est?*
*Quis homo pro mœcho unquam vidit in domo meretriciâ*
*Deprehendi quèquā?* p. [h] *nescio.* pA. *at ne hoc nesciatis, Pythias,*
*Dico, edico vobis, nostrum esse illum herilem filium,* p. *bem,*
*Obsecro an is est?* pA. *ne quam in illum Thais vim ficri sinat.*
[i] *Atq̄, adeò autem cur non egomet intrò eo?* p. *vide Parmeno*
*Quid agas: ne neq̄, illi prosis, & tu pereas: nam hoc putant;*
*Quidquid factū est, ex te esse ortū.* pA. *quid igitur faciā miser,*
*Quidve incipiam? ecce autem video rure redeuntem senem,*
[k] *Dicam huic, an non? dicam hercle: etsi mihi magnum malum*

Scio

a Misso Poëtæ artificio Pythias nondum placatur.

b Singula pavido & attonito vultu proferenda.

c Graves pœnæ exempla dicuntur.

d Hoc rotum terribiliter, & cum gestu fœmineo.

e Αὐξησις est, virginē, civem, nobilem.

f Hoc Parmenoni horrorem incutit.

g Repetitio verbi præ timore & irâ.

h Quod mœchis, amputare scilicet virilia.

i Astutè dicitur.

k Ornata & familiaris locutio.

l Hoc fit, ut nuptiæ conficiantur sene interveniente.

*Scio paratum: sed necesse est, huic ut subveniat.* PY. *sapis:* [l] *Ego abeo intrò, tu isti narrato ordine, ut factum siet.*

[l] Ironicè, irrisoriè.

## ACTVS V. SCENA VI.

Arg. A villâ otioso & quieto redit ad urbem animo hic senex, neque enim mores suorum clamitat, neque mali quidpiam suspicatur; sed rusculo suo gratias agit, cujus beneficio ignorat, quid in urbe agant filii, quorum amores & facta nunc demum cognoscit ex Parmenone.

*Iambici Senarii.*

LACHES, PARMENO.

L. *Ex*[a] *meo propinquo rure hoc capio commodi,*
*Neque agri, neque urbis odium me unquam percipit.*
*Vbi satietas cœpit fieri, commuto locum.*
*Sed estne ille*[b] *noster Parmeno? & certè ipsus est.*
*Quem præstolare Parmeno, hîc ante ostium?*
P. *Quis homo est? ehem, salvum te advenire here gaudeo.*
L. *Quem præstolare:* P. *perii: lingua hæret metu.* L. *bem,*
*Quid est, quod trepidas? sati' ne salvæ? dic mihi.*
P. *Here, primùm te arbitrari id, quod res est, velim:*
*Quidquid hujus factum est,* [c] *culpâ non factum est meâ.*
L. *Quid?* P. *rectè sanè interrogasti, oportuit*
*Rem prænarrâsse me. Emit quendam Phædria*
*Eunuchum, quem dono huic daret.* L. *cui?* P. *Thaidi.*
L. *Emit? perii berclè. quanti?* P. *viginti minis.*
L. [d] *Actum est.* P. *tum quandam fidicinam amat hic Chærea.*
L. *Hem, quid amat? an scit jam ille, quid meretrix siet?*
*An in æstu venit?* [e] *aliud ex alio malum.*
P. *Here, ne me spectes: me impulsore hæc non fecit.*
L. *Omitte de te dicere.* [f] *Ego te furcifer;*
*Si vivo. Sed istiuc, quidquid est, primùm expedi.*
P. *Is pro illo Eunucho ad Thaidem hanc deductus est.*
L. *Pro Eunuchón?* P. *sic est: hunc pro mœcho postea*
*Comprehendêre intus, & constrinxêre.* L. *occidi,*
P. *Audaciam meretricum specta.* L. *numquid est*
*Aliud mali, damnive quod non dixeris,*
*Reliquom?* P. *tantum est.* L. *cessón' huc intrò irrumpere?*
P. *Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum;*
*Nisi, quia necesse fuit hos facere; id gaudeo,*

[a] Energia senilis eloquii.

[b] Parmeno sese temerè prodit.

[c] Expurgatio criminis tanquam objiciatur.

[d] Desperantis verbum

[e] Proverbium

[f] Pulchra Aposiopesis scilicet, ulciscar.

[g] Admirativè.

Propter

*Propter me hisce aliquid esse eventurum mali:*
*Nam jamdiu aliquam causam quærebat senex,*
*Quamobrem in lucrum aliquid faceret iis: nunc reperit.*

ACTVS V. SCENA VII.

Arg. Pythias egrediens irridet Parmenonem plus satis credulum, simul populum docet, quid intus egerit senex.

*Iambici, octonarii, catalectici.*

PYTHIAS. PARMENO.

PY. [a] *NVnquam ædepol quidquam jam diu, quod magis vellem evenire,*
*Mi evenit, quàm quòd modò senex intrò ad nos venit errans,*
*Mihi solæ ridiculo fuit, quæ quid timeret, sciebam.* (nonem.
PA. *Quid hoc autè est? P. nunc id prodeo, ut conveniã Parme-*
*Sed ubi obsecro est? PA. men' quærit hæc? P. atque eccum*
*video: adibo.*
PA. *Quid est inepta? quid tibi vis? quid rides? pergin'?* P. *perii.*
[b] *Disperdita jam sum misera te videndo.* PA. *quid ita? P. rogitas?*
*Nunquam ædepol hominem stultiorem vidi, nec videbo. ab,*
*Non potest satis narrari, quos ludos præbueris intus:*
*At etiam primò callidum, & disertum credidi hominem,*
*Quid? [c] illic me credere ea, quæ dixi, oportuit te?*
*An pœnitebat flagitii, te auctore, quod fecisset*
*Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?*
*Nam quid illi credis animi tum fuisse, ubi vestem vidit*
*Illam esse eum indutum pater? quid? jam scis te periisse?*
PA. *Ehem, quid dixti, pessuma? an mentita es? etiam vides?*
*Itan' [d] lepidum tibi visum est scelus, nos irridere?* P. *nimium.*
PA. *Si quidè istuc impune habueris.* P. *verù.* PA. *reddam berclè:*
*Sed [e] in diem istuc Parmeno est fortasse, quod minitare.* P. *credo*
*Tu jam pendebis; qui stultum adolescentulum nobilitas*
*Flagitiis, & eundem indicas: uterque in te exempla edent.*
PA. *Nullus sum.* P. *hîc pro illo munere tibi honos est habitus. abeo.*
PA. *Egomet meo indicio miser, quasi furex, hodie perii.*

[a] Hîc persona cachinnans inducitur quærens Parmenonem, cujus aspectu ob nimium risum vix loqui potest.
[b] Hæc verba pronuncianda sunt risu interrumpente.
[c] Objurgatio de lenitate credendi.
[d] Lepidum scelus, irrisionem intelligit.
[e] Id est, in longam dilationem ad tempus. Ita in Phormione Act. 5. Scen. 2. in diem abiit.

ACTVS V. SCENA VIII.

Arg. Statuit hîc miles ultro se dedere Thaidi Herculis exemplo, qui Omphalæ servivit in lanificio, pro clavâ & leonis tegmine, acceptis ab ea calatho & colo.

*Trochaici, octonarii, catalectici.*

GNATHO, THRASO.

G. *Quid*

Quid [a] nunc? quâ ſpe, aut quo conſilio huc imus? quid inceptas Thraſo?

a Cataſtrophen orditur de milite.

T. Egóne? ut Thaidi me dedã, & faciam quod jubeat. G. quid eſt? T. Quî minus huic, quàm Hercules ſervivit Omphale? G. excm- (plum placet. Vtinam tibi commitigari videã ſandalio caput. Sed quid? fores crepuêre ab ea. quid autem hoc eſt mali? Hunc ego nunquã viderã. et jã quidnã properans hinc proſilit?

Attende Gnathonem ſemper invitum à menſa trahi.

## ACTVS V. SCENA IX.

*Arg.* Qui aliàs gaudebat à ſe vitiatam puellam Chærea, eandem quòd permiſſu ſit parentis habiturus uxorem, nunc exultat: & in partem amoris recipitur à Thaide miles Thraſo.

*Jambici trochaici octonarii.*

CHÆREA, PARMENO, PHÆDRIA, GNATHO, THRASO.

O [a] Populares, ecquis me vivit hodiè fortunatior? Nemo hercle quiſquam: nam in me plane Dÿ poteſtatem ſuam

a Populares, qui, eſtis de populo, δημότης, vel, quibus populus favet.

[b] Omnem oſtendêre, cui tam ſubitò tot congruerint commoda. PA. Quid hic lætus eſt? C. ô Parmeno mî, ô mearum voluptatum omnium

b Mira αὐξησις.

Inventor, inceptor, perfector, ſcin' me in quibus ſim gaudÿs? Scis Pamphilam [c] meam inventam civem? PA. audivi. C. ſcis [d] ſponſam mihi?

c Amatoriè dixit.

PA. Benè, ita me Dÿ ament, factum. GN. audin' tu illum quid ait? PH. tum autem Phædriæ (domus. Meo fratri gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo: una eſt Thais patri ſe commendavit, in clientelam & fidem Nobis ſe dedit. PA. fratris igitur Thais tota eſt? PH. ſcilicet.

d Participium hic eſt.

PA. Iam hoc aliud eſt, quod gaudeamus, miles [e] pellitur foràs.

e Pelletur.

CH. Tum tu frater, ubi ubi eſt, fac, quamprimum hæc audiat. PA. viſam domum.

T. [f] Numquid Gnatho dubitas, quin ego nunc perpetuò periérim? G. ſine

f Διαπύστωσις Oratoria, id eſt, interrogatio ſub dubitatione, familiaris laudantibus.

Dubio, opinor. C. quid commemorem primum, aut quem laudem maximè? Illũ, qui mihi dedit conſiliũ ut facerẽ; an me, qui id auſus ſim Incipere? an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit, Quæ tot res, tantas, tam opportunè in unum concluſit diem? an

Mei

*Mei patris festivitatem & facilitatem? ô Iupiter,*
*Serva obsecro hæc nobis bona.* PH. *Dii vostrã fidẽ, incredibilia*
*Parmeno modò quæ narravit! sed ubi est frater?* CH. *præstò*
*est.* PH. *gaudeo.*
C. *Satis credo, nihil est Thaide hac, frater, tuâ dignius,*
*Quod ametur: ita nostra est omni fautrix familiæ.* PH. *Hui, mihi*
*Illam laudas?* T. *perij: quantò spei est minus, tantò magis amo.*
*Obsecro Gnatho in te spes est.* G. *quid vis faciam?* T. *perfice hoc*
*Precibus, pretio, ut hæreã aliquâ in parte tamen apud Thaidẽ.*
G. *Difficile est.* T. *si quid collibuit, novi te: hoc si effeceris,*
*Quodvis donum & præmium à me optato, id optatum feres.*
G. *Itane?* T. *sic erit.* G. *hoc si efficio, postulo ut mihi tua domus*
*Te præsente, absente, pateat, invocato ut sit locus (dio?*
*Semper.* T. *do fidẽ ita futurũ.* G. *accingar.* PH. *quẽ hîc ego av-*
*O Thraso.* T. *sa've vete?.* PH. *tu fortassẽ quæ facta hîc sicni,*
*Nescis.* T *scio.* PH. *cur ergo in his te ego conspicor regionibus?*
T. *Vobis fretus.* PH. *scis quàm fretus? miles, edico tibi,*
*Si in plateâ hâc te offendero post unquam, quòd dicas mihi,*
*Alium quærebam, iter hâc habui, perysti.* G. *eia, haud sic decet.*
PH. *Dictũ est.* G. *non agnosco vestrũ tam superbũ.* P. *sic erit.*
G. *Priùs audito paucis, quod cùm dixero, si placuerit,*
*Facitote.* PA. *audiamus.* G. *tu concede paullum istuc Thraso.*
*Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim,*
*Me, buius quicquid facio, id facere, maximè causâ meâ.*
*Verùm idem si vobis prodest, vos non facere, insscitia est.*
PH. *Quid id est?* G. *militẽ rivalẽ ego recipiendũ censeo.* PH. *hẽ*
*Recipiendum.* G. *cogita modò: tu herclè cum illâ Phædria*
*Et libenter vivis, & enim bene libenter victitas,*
*Et quod des paulum, & necesse est multum accipere Thaidem,*
P *Vt tuo amori suppeditare possit sine sumptu tuo: ad*
*Omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo*
*Nemo est. principiò, & habet quod det & dat nemo largiùs.*
*Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctes q. & dies,*
*Neq. tu istum metuas, ne amet mulier; pellas facilè, ubi velis.*
P. *Quid agimus?* G. *præterea hoc etiã: quod ego vel primũ puto.*
*Accipit hominem nemo melius prorsus, neq. prolixius.*
PH. *Mirũ, ni illoc homine quoquo pacto opus est.* C. *idẽ arbitror.*
C. *Rectè*

f Obsecratio contra fortunæ varietatem.
g Laus Thaidis à Chærea.
h Insuavissimus amor est, quo frui non licet.
i Bembus, collibitum.
k Donum parasito dignum.
l Superbè ac minaciter pronunciandа.
m Insimulatio.
n Insinuandi præcepta servat.
o Paciam.
p Persuasiones variæ ab utili.
q Fatui verbis & dictis, insulsi corde & animo, tardi corpore & mente.
r Id est, pascit, tractat, invitat.
s Servius homo legit super illud 3. Æneid. Illos porticibus rex accipiebat in amplis

C. Rectè facitis, mihi etiam hoc vas ora, ut me in vestrũ gregẽ recipiatis: satis diu hoc jam [q] saxum volvo. P. recipimus. C. Ai libenter. G. [r] at ego pro istoc, Phædria, & tu Chærea, Hunc comedendum, & deridendum vobis præbeo. C. placet. P. Dignus est. G. Thrase, ubi vis, accede. T. obsecro te quid agimus?

G. Quid? isti te [s] ignorabant postquam eis mores ostendi tuos, Et collaudavi secundum facta & virtutes tuas, Impetravi. T. bene faciti, gratiam habeo maximam. [t] Nunquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent plurimum.

G. Dixin' ego vobis, in hoc esse [u] Atticam elegantiam? P. Nil præter promissum est. Ite hãc vos, valete, & plaudite.

q Proverbium.
r Ostendit fidem amicitiæ parasiticæ.
s Ironia.
t Iactantia militis.
u Assentatio Gnathonica.

## HEAVTONTIMORVMENI PERSONÆ, EARVMQVE INTERPRETATIO.

CHREMES, senex.

MENEDEMVS, senex, ἢ τὸ τῦ δήμου ῥῶμα, ἢ μόνος παρὰ τῷ δήμῳ, vel robur populi, vel apud populum manens.

CLITIPHO, adolescens, κλεινὸν φῶς, claritas lucis.

CLINIA, adolescens, παρὰ τὸ κλεινὸν, à celebritate.

SYRVS, servus, nomen gentile.

DROMO, servus.

BACCHIS, meretrix, ἀπὸ τῦ βακχεύω.

ANTIPHILA, amasia, ἢ ἀπὸ τῦ μέρος φιλῶσα, sedamans, vel contrà amans.

SOSTRATA, matrona, τὸν σῳζοντα στρατὸν, à salute copiarum, fœmineum est, de masculinis factum.

NVTRIX.

PHRYGIA, ancilla, gentile nomen.

*Sequentium personarum tantum hic mentio fit.*

ARCHONIDES, senex, ἀπὸ τῦ ἄρχειν παρωνύμως, est principatus in eo nomine significatio.

PHANOCRATES, senex, φανερὸν τὸ κράτος, manifestum seu illustre robur.

# M. ANTONII MVRETI IN HEAVTONTIMORVMENON TERENTII.

## ARGVMENTVM.

CHremes Sostratæ uxori grauidæ imperat, si puellam pareret, ut eam statim interficeret. fuit hæc immanitas in veterum moribus, ut, cum fera nulla sit, quæ fœtum suum non diligat, ipsi quos alere nollent liberos, eos recens natos aut interficere, aut exponere sas putarent. Sostrata puellam enixa (ibi est maternus semper animus clementior) vitam ei adimere non sustinuit: sed pauperculæ cuidam anui Corinthiæ, Philumenæ nomine, exponendam dedit, etiamque mulieri quadam superstitiosæ annulum de digito detractum suo, jussit ut una cum puella exponeret. id, quod tum stulte factum videri poterat, postea puellæ saluti fuit: ejus enim annuli ope tandem agnita est à suis. anus acceptam puellam, Antiphilam nominat, educatque ut suam. eam, cùm adolevisset, amisquæ illius filia putaretur, Menedemi filius Clinia perdite amare cœpit, propè jam ut pro uxore haberet: quod ubi rescivit pater, ita violenter jubet ut filium assidere a jurgandi, etiam militiæ tum in Asiam abire cogerit: tum verò, qui filii amorem iniquo animo tulerat, multo uxiquiore ejus sum absentiam ferre cœpit. Itaque ut de se supplicium absenti filio daret, qui eum servitiâ sua exegisset ex ædibus, agri, supellectilem, familiam omnem, postea, qui servo ad opus rusticum utiles erant: ingenerasque sibi egrum comparat, ubi à prima luce ad noctem non servos modò exercet, verùm etiam homo sexagenarius, senectutem uti seru modis excruciaret suam. profectò Clinia, Phrygia, quæ ut dixi Antiphilæ putabatur mater, extremum vitæ diem morte confecit. Clinia, cùm jam mensis abfuisset, amicæ desiderio reversus, non ausus est patri se in conspectum dare, antiquam illum asperitatem veritus: sed ad Clitiphonem, Chremetis filium, diverbit, quicum magna ipsi à puero familiaritas intercesserat. Clitipho, sodalis reditu lætus, Syrum & Dromonem servos (jam autem advesperascebat) in urbem ad accersendam Antiphilam misit. his expoſuerat eo ipso die Menedemus Chremetis, quanti sibi desiderio esset filius: rem ut absuerit quàm Chremes, cùm primùm de reditu Clitiphonis accepit, mirari, quid nam nunciaret: continuit tamen se in diem posterum, quod jam magis è re illius fore censeret Syrus, summâ servus & audacia, & astutia, qui cum Antiphilam tantùm accersere jussus esset, etiam Bacchidem adduxit. erat hæc meretrix procax, potens, sumptuosa, nobilis, cujus amore haud ita pridem irretierat Clitipho; quo autem res Chremetem non lateret, hoc consilium capiunt: ut Bacchidem quidem amicam Cliniæ, Antiphilam verò unam ex illius ancillis esse simularent. Postridie mane Chremes ad Menedemum diluculo proficiscitur: & vellet Cliniam nunciat: ille gaudio ævens filium jamiam videre, jamiam ex plectis, jamiam ex se suaque omnia permutare cupiebat. at Chremes cave, inquit, faxis, sic enim modo & te, & eum, & rem unà perdideris tuam. Simul ea est cædit, quot incommoda capturus sit, si tam molli esse fœ tamque in-

facile animo ostenderet. Clitia amicam (eam enim Bacchidem existimabat) non jam pauperculam esse, aut parvo contentam, ac antea, sed sumptuosam, gemmis atque purpureis vestem, eam familia numerosissima, una, inquit, mihi nox tantum non pauperiem attulit, nedum tu te consules, meri furunculo fore. si te illi perpetuò sumptibus suppeditare oportet, quid tu ita parsi agis? Lamina quidem (Chremes excipit) filium: illud tamen tam impotens illius desiderium occultum habeto. tum ille, quod amica det, habeat, malitiosum adversum te aliquam struet, falli te finito ita & eum commodius retinebis apud te, & sumptuum facies minus. Hæc Chremes, nescius (ut sunt humana) oculatum foris esse se, cæcum domi. interea enim medicabatur Syrus, dotem nimis, quæ Bacchidi pollicitus erat dare, ejus quo modo illi à Chremete ipso conficeret. Antiphilæ inibi erat, cum eum Chremes arreptum blandè compellat, hortatusque aliquam ad Menedemum salutem molliatur. objecit in sermone Syrus mendacium à se pro tempore: ossilium: unum Corinthium, Antiphilæ (Isagenis putabatur) marsupio, mille drachmarum multo accepisse à Bacchide: ea mortua, puellam pro pecunia illa arrabonis relictam. dum hoc agunter annulum fuisse agnitum. Sostratæ, ejusque indicio, Antiphilam filiam suam esse cognovit, gaudia exilians, omnem rem defert ad virum, qui eo leviter objurgato, propertam tamen filiam ipse quoque gavisus est. jam omnia in tranquillo erant, absque Bacchide fuisset. sed & illi quomodo decem excudendæ erant argenti minæ: & periculum erat, ne aliquo eam Chremes filii amicam esse resciscens. id Syrus audax consilium init, quomodo & utrique suo rem ut erat, patefaceret, & commodè se à tam impedito negotio expediret. primum igitur Chremeti, Reperi, inquit, quemodo argentum à Menedemo eripiamus. dicimus ei Bacchidem hanc sui Clitiphonis amicam esse, orabimusque ut eam domi suæ dies aliquot esse patiantur, sique id celatum vetet. porro Clitiæ filiæ tuæ, quæ modo reperta est, formam sibi complacitam esse dicet, eamque petet uxorem. Quid tum? pecuniam, inquit, petet à patre suo, qui novæ nuptiæ ornamenta colligat: eam pecuniam numeraturus est Bacchidi: jam autem ad Menedemum Syri hortatu transierat Bacchis, & eò pompam ponem suam transduxerat. Chremes primò non satis consilium illud probare. at illum certè, inquit Syrus, pecuniam, pro qua filia tua opposita erat pignori. quin dissolvas facere honestè non potes. Eo verò, inquit Chremes, & libenter quidem. Immo vero, infit Syrus, dato eam Clitiphoni, qui ad Bacchidem deferat. ita enim facilius credet Menedemus eam illius esse. Sic ita sanè, numeretur à patre Clitiphoni pecunia, quam ad meretricem perferret. interea tota res detegitur. indignari Chremes, & fremere, & minitari se omnia atrocissima exempla edituum tandem, cum prius Antiphilam Clitiæ collocasset, partim Menedemi partim uxoris precibus delinitus, ignoscit. Clitipho se, relictis meretricis amoribus, uxorem ducturum pollicetur. Cumautem cæterarum fabularum argumentum uno die contineri soleat, hujus non nisi duo explicari potest.

## PERIOCHA.

IN militiam proficisci gnatum Clinian,
Amantem Antiphilam, compulit dura pater:
Animique sese angebat, facti pœnitens.
Mox, ut reversus est, clam patrem divortitur
Ad Clitiphonem, is amabat scortum Bacchidem.
Cùm accerseret cupitam Antiphilam Clinia,
Vt ejus Bacchis venit amica, ac servolæ
Habitum gerens Antiphila: factum id, quò patrem
Suum celaret Clitipho. Hic technis Syri
Decem minas meretriculæ aufert à sene.
Antiphila Clitiphonis reperitur soror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.

# HEAVTONTIMORVMENOS
## TERENTII.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS, L. CORNELIO LENTVLO, ET L. VALERIO FLACCO ÆDCVR. EGIT AMBIVIVS TVRPIO. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. ACTA PRIMVM TIBIIS IMPARIBVS, DEINDE DVABVS DEXTRIS: ACTA ETIAM TERTIO. TI. SEMPRONIO, M. IVVENTIO COSS.

### PROLOGVS.

NE cui sit vostrûm mirum, cur parteis suas
[a] Poëta dederit, quæ sunt adolescentium:
Id primùm dicam; deinde, quod veni, eloquar.
[b] Ex integrâ Græcâ integram comœdiam
Hodie sum acturus Heautontimorumenon:
[*] Duplex quæ ex argumento facta est simplici.
Novam esse ostendi, & quæ esset, nunc, qui scripserit,
Et cujus Græca sit, ni partem maxumam
Existimarem scire vostrûm, id dicerem.
[c] Nunc, quamobrem has parteis didicerim, paucis dabo,
Oratorem voluit esse me, non Prologum:
Vestrum judicium fecit: me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit à facundia,
Quantum ille potuit cogitare commodè,
[d] Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum.
Nam quòd rumores distulerunt malevoli,
Multas [e] contaminâsse Græcas, dum facit
Paucas Latinas: factum hic esse id non negat,
Neque se [f] id pigere, & deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum, quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tum quod malevolus vetus poëta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicâsse [*] musicum,
Amicûm & ingenio fretum, haud naturâ suâ;
Arbitrium vestrum, vestra existimatio.

F 3

Vale.

a Captatio benevolentiæ a personâ poetæ.
b Propositio prima.
[*] Hic duo filiifamilias amatores, duæ amicæ, duo senes, duo servi, quæ omnia in Menandro simplicia sunt. Vide Nannii Misc. lib. 1.
c Propositio secunda.
d Commendatio a personâ actoris & poetæ.
e Defensio.
f Quod æmuli vitio dant, id laudi sibi ducit.
[*] Id est, studium poeticum Nan. Misc. l. 1.
g Ab honesto & justo.

*Valebit? quamobrem omnes vos oratos volo*
*Ne plus iniquùm possit, quam æquùm oratio.*
*Facite, æqui sitis, date crescendi copiam*
*Novorum, qui spectandi faciunt tostam*
*Sine vitiis: ne ille pro se* [h] *dictum existumet;*
*Qui nuper fecit servo currenti in viâ*
*Deesse populum: cur insano serviat?*
*De illius pecatis plura dicet, cum dabit*

[i] *Alias novas, nisi finem maledictis facit.*

[k] *Adeste æquo animo: date potestatem mihi,*
*Statariam agere ut liceat per silentium.*
*Ne semper* [l] *servos currens, iratus senex,*
*Edax parasitus, sycophanta autem impudens,*
*Avarus leno, assiduè agendi sint mihi*
*Clamore summo, cum labore maximo.*
[m] *Meâ causâ, causam hanc justam esse, animum inducite,*
*Vt aliqua pars laboris minuatur mihi:*
*Nam nunc novas qui scribunt, nihil parcunt seni:*
*Laboriosa si qua est, ad me curritur:*
*Si lenis est, ad alium defertur gregem.*
*In hac est pura oratio: experimini,*
*In utramque partem* [n] *ingenium quid possit meum,*
*Si nunquam avarè pretium statui arti meæ,*
*Et eum esse quæstum in animum induxi maximum,*
*Quam maximè servire vestris* [o] *commodis:*
*Exemplum statuite in me, ut adolescentuli*
*Vobis placere studeant potiùs, quam sibi.*

[h] Vitium L. Lavinii.

[i] Hactenus pro poeta dixit.

[k] Rogat ut senem placidè audiant.

[l] Variæ comœdiarum personæ.

[m] Paronomasia captat benevolentiam à commendatione stili.

[n] Commendatio à personâ propria.

[o] Plus est, quàm si dixisset, vobis patribus.

## ACTVS I. SCÆNA I.

Arg. Menedemus excruciantem sese in agro laboribus Chremes alloquitur, sedulò causam inquirens, cur præter ætatem ille suam id faciat: respondens Menedemus, sui mœroris causam dicit esse filii abitionem, quem jurgiis & contumeliis domo ejectum impotentiùs desiderat.

*Iambici Senarij.*

CHREMES, MENEDEMVS, senes.

[p] *QVanquàm hæc inter nos nupera notitia admodum est,*
*Inde adeò, quòd agrum in proximo hic mercatus es,*
*Nec rei ferè sanè amplius quidquam fuit:*

[p] Captatio benevolentiæ ab amicitia & ex vicinitate.

*Tamen*

*Tamen vel vivus tua me, vel vicinitas,*
[b] *Quod ego in propinquâ parte amicitiæ puto,*
*Facit, ut te audacter moneam, & familiariter,*
*Quod mihi videre præter ætatem tuam*
*Facere, & præterquam res te adhortatur tua.*
[c] *Nam prò deûm atq; hominum fidem, quid vis tibi? aut*
*Quid quæris? annos sexaginta natus es,*
*Aut plus eo, ut conjicio; agrum in his regionibus*
*Meliorem, neque pretii majoris nemo habet:*
*Servos complureis: proinde quasi nemo siet,*
*Ita tuic attentè illorum officia fungere.*
*Nunquam tam manè* [d] *egredior, neq; tam vesperi*
*Domum revertor, quin te in fundo conspicer*
*Fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique*
*Nullum remittis tempus, neque te respicis:*
*Hæc non voluptati tibi esse, satis certo scio.*
[e] *Atenim me, quantum hîc operis fiat, pœnitet,*
*Quod in opere faciundo opere consumis tuo,*
*Si sumas in illis exercendis,* * *plus agas.*
MB. *Chreme, tantúmne est ab re tuâ otii tibi,*
[f] *Aliena ut cures, eaq; nihil quæ ad te attinent?*
CH. *Homo sum: humani à me nil alienum puto.*
*Vel me monere hoc, vel percunctari puta,*
[g] *Rectum est, ego ut faciam; non ut deterream*
M. *Mihi sic est usus: tibi ut opus est facto, face.*
C. *An cuiquam est* [h] *usus homini, se ut crucièt?* M. *mihi est.*
C. *Si quid laboris est,* [i] *nollem: sed istuc quid mali est?*
*Quæso, quid de te tantum meruisti?* M. *heu, hoî.*
C. *Ne lacruma, atque istuc, quidquid est, fac me ut sciam:*
*Ne retice: ne verere: crede inquam mihi:*
[k] *Aut consolando, aut consilio, aut re juvero.*
M. *Scire hoc vis?* C. *hâc causâ equidem, quâ dixi tibi.*
M. *Dicetur.* C. *at istos vastros interea tamen*
*Depone: ne labora.* M. *minimè.* C. *quam rem agis?*
M. *Ab sine me, vatium tempus ne quod duim mihi*
*Laboris.* C. *non sinam, inquam.* M. *ab, non æquom facis.*
C. *Hui, tam graves hos quæso?* M. *sic meritum est meum.*

b Hæc ambo sunt sensum conjunctio & familiaritas, multum accommodata sequentibus rebus censetur.
c Propositio qua interrogat, & objurgat.
d Nimia senis inquietudo.
e Objectio tacita, perpolita locutio.
* Sic in Eun. Act. 2. Scen. 1. hoc plus facies.
f Dictum in curiosos rerum alienarum.
g Id est, officiosum est.
h Vsus pro opus.
i Scilicet me cruciari laborando.
k His tribus rebus adhibitis, nihil præterea in amicitia requirendum.

Narrationem, à personis ordiatur.

C. Nunc loquere. M. [1] filium unicum adolescentulum
Habeo. Ah quid dixi, habere me? imò habui, Chreme:
Nunc habeam, necne, incertum est. C. quid ita istuc? M. scies.
Est è Corintho hîc advena anus pauperculâ,
Ejus filiam ille amare cœpit perditè,
Propè jam ut pro uxore haberet. Hæc clam me omnia,
Ubi rem resciui, cœpi non [m] humanitùs,
Neque ut ægrotum animum decuit adolescentuli
Tractare; sed vi & viâ pervulgatâ patrum:
Quotidie [n] accusabam: hem, tibi ne hæc diutiùs
Licere speras facere, me vivo patre,
Amicam ut habeas propè jam in uxoris loco?
Errас, si id credis, & me ignoras, Clinia.
Ego te meum esse dixi tantisper volo,
Dum, quod te dignum est facies: sed, si id non facis,
Ego, quod me in te sit facere dignum, invenero.
Nullâ adeò ex re istuc fit, nisi ex nimio [o] otio.
Ego [p] istuc ætatis non amori operam dabam,
Sed in Asiam abii hinc propter pauperiem, atq; ibi
Simul rem, & gloriam armis belli repperi,
Postremò adeò res rediit: adolescentulus,
Sæpè eadem, & graviter audiendo, victus est.
Ætate me putavit, & sapientiâ
[q] Plus scire, & providere, quàm ipsum sibi:
In Asiam ad regem militatum abiit, Chreme.
C. Quid ais? M. clam me profectus, menses treis abest.
C. Ambo accusandi: & si illud incœptum tamen
Animi est pudentis signum, & non instrenui.
M. Ubi comperi ex iis, qui ei fuêre conscii,
Domum revertor mœstus, atque animo ferè
Perturbato, atq; incerto præ ægritudine:
Adsido: [r] accurrunt servi: socços detrahunt:
Video alios, festinare lectos sternere,
Cœnam [s] apparare: prosè quisque sedulò
Faciebat, quò illam mihi lenirent miseriam.
Ubi video hæc, [t] cœpi cogitare: hem, tot mei
Solius soliciti sunt causâ, ut me unum expleant!

Ancilla

[1] filium unicum adolescentulum habeo. Ah quid dixi, habere me? imò habui, Chreme: nunc habeam, necne, incertum est. C. quid ita istuc? M. scies. Est è Corintho hîc advena anus pauperculâ, Ejus filiam ille amare cœpit perditè, Propè jam ut pro uxore haberet. Hæc clam me omnia, Ubi rem resciui, cœpi non humanitùs, Neque ut ægrotum animum decuit adolescentuli Tractare; sed vi & viâ pervulgatâ patrum: Quotidie accusabam: hem, tibi ne hæc diutiùs Licere speras facere, me vivo patre, Amicam ut habeas propè jam in uxoris loco? Errас, si id credis, & me ignoras, Clinia. Ego te meum esse dixi tantisper volo, Dum, quod te dignum est facies: sed, si id non facis, Ego, quod me in te sit facere dignum, invenero. Nullâ adeò ex re istuc fit, nisi ex nimio otio. Ego istuc ætatis non amori operam dabam, Sed in Asiam abii hinc propter pauperiem, atq; ibi Simul rem, & gloriam armis belli repperi, Postremò adeò res rediit: adolescentulus, Sæpè eadem, & graviter audiendo, victus est. Ætate me putavit, & sapientiâ Plus scire, & providere, quàm ipsum sibi: In Asiam ad regem militatum abiit, Chreme. C. Quid ais? M. clam me profectus, menses treis abest. C. Ambo accusandi: & si illud incœptum tamen Animi est pudentis signum, & non instrenui. M. Ubi comperi ex iis, qui ei fuêre conscii, Domum revertor mœstus, atque animo ferè Perturbato, atq; incerto præ ægritudine: Adsido: accurrunt servi: socços detrahunt: Video alios, festinare lectos sternere, Cœnam apparare: prosè quisque sedulò Faciebat, quò illam mihi lenirent miseriam. Ubi video hæc, cœpi cogitare: hem, tot mei Solius soliciti sunt causâ, ut me unum expleant!

[m] Diomedes legit, humaniter. Vide Joan. Rivii castig.

[n] Accusationem suam refert.

[o] Amor ex otio provenit.

[p] Consilium.

[q] Cum pondere pronunciandæ. Oratio tota pathetica.

[r] Attendite diligentem familiam.

[s] Apparare, est ad pompam parare.

[t] πάθος.

Ancilla tot me vestiant? sumptus domi
Tantos ego solus faciam? sed gnatum unicum,
Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,
Quòd illa ætas magis ad hæc utenda idonea est:
Ego eum hinc ejeci miscrum [t] injustitiâ meâ.
Malo quidem me dignum quovis deputem,
Si id faciam. nam usq; dum ille vitam illam incolet
Inopem, carens patriâ ob meas injurias,
Interea usq; illi de me supplicium dabo,
Laboranti, quæreti, [u] parcens, illi serviens,
Ita facio prorsus: nihil reliquum in ædibus,
Nec vas, nec vestimentum: corrasi omnia,
Ancillas, servos, nisi eos, qui opere rustico
Faciundo facilè sumptum exerceant suum,
Omneis [x] produxi, ac vendidi, inscripsi illicò
Ædes mercede: quasi talenta ad quindecim
Coëgi: agrum hunc mercatus sum: hîc me exercebo.
Decrevi tantisper me minus injuriæ,
Chreme, meo gnato facere, dum fiam miser;
Nec fas esse ullâ me voluptate hîc frui,
Nisi ubi ille huc salvos redierit meus particeps.
C. Ingenio te esse in [y] liberos leni puto, &
Illum obsequentem, [z] si quis rectè aut commodè
Tractaret. Verùm neque tu illum satis noveras,
Nec te ille. Hoc ubi fit, ibi non verè vivitur.
Tu illum, nunquam ostendisti, quanti penderes;
Nec tibi ille est credere ausus quæ est æquom patri.
Quod si esset factum, hæc nunquam evenissent tibi.
M. Ita res est, [a] fateor: peccatum à me maximum est.
C. Menedeme, at porrò rectè spero, & illum tibi
Salvum affuturum esse hîc confido propediem.
M. Vtinam dii ita faxint. C. facient. Nunc si commodum est,
[b] Dionysia hic sunt, bodiè apud me sis volo.
M. Non possum. C. cur non? quæso tandem aliquantulum
Tibi parce: idem absens facere te hoc volt filius.
M. Non convenit, qui illum ad laborem impulerim [c],
Nunc me ipsum fugere. C. Siccine est sententia?

t Injustitiam suam culpat.

u Id est, servans.

x Producere foras deducere significat: & productores, qui virgines ad quæstum exponunt.

y Liberos de unico filio dixit.

z Consilium Chremetis.

a Confessio.

b Id est, Orgia, seu Bacchanalia, quæ tertio quoque anno celebrabantur.

c Geminat [Il] per Epenthesin vel legend [impegerim.]

M. Sic,

M. Sic. C. benè vale. M. & tu. C. lacrumas excussit mihi,
Miseretque me ejus: sed, ut dici tempus est,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad cœnam ut veniat: ibo, ut visam si domi est.
Nil opus fuit monitore: jamdudum domi
Præsto apud me esse aiunt: egomet convivas moror.
Ibo adeò hinc intrò, sed quid crepuerunt fores?
Hinc à me quisnam egreditur? huc concessero.

## ACTVS I. SCENA II.

Arg. Clinia domum ex Asia reversus, mirum in modum sollicitus est de amica, quam absens Athenis reliquerat. De Cliniæ in patriam reditu, magna cum animi voluptate Clitipho nunciat patri suo Chremeti: Chremes filio ex Cliniæ vita & moribus vivendi modum præscribit.

*Octonarii iambici trochaicique inter se mixti.*

CLITIPHO, CHREMES.

C. Nihil [a] adhuc est quod vereare Clinia: haud quaquam etiam cessant;
Et illam simul cum nuncio tibi hîc ego affuturam hodiè scio:
Proin tu solicitudine istam falsam, quæ te excruciat, omittas.
CH. Quicum loquitur filius?
C. Pater adest, quem volui, adibo. pater, opportunè advenis.
CH. Quid est? C. hûc Menedemû nostin' nostrû vicinû? C. probè.
CL. Huic filiû scis esse? CH. audivi, in Asiâ est. CH. non est pater:
Apud [b] nos est. CH. quid ais? C. advenientem, navi egredientem illicò (pueritiâ
Adduxi ad cœnam: nam mihi magna cum eo jam inde usq; à
Semper fuit familiaritas. CH. volup atem magnam nuncias.
Quàm vellem Menedemum invitatum, ut nobiscum hodiè
esset amplius.
Vt hanc lætitiam [c] nec opinanti primus ei objicerem domi.
Atque etiam nunc tempus est. C. cave faxis non est opus pater:
CH. Quapropter. C. quia enim incertum est etiam, quid se
faciat, modò venit:
[d] Timet omnia, patris iram, & animû amicæ se erga ut sit suæ.
Eam misèrè amat, propter eam hæc turba, atq; abitio evenit.
CH. scio.
C. Nunc servolum ad eâ in urbẽ misit; & ego nostrû unà Syrû.

C. Quid

[a] Persequitur fabulam Cliniæ, ut palam fiat quàm modestè amat.

[b] Id est, domi nostræ.

[c] Nam in spectatum gaudium majus esse solet.

[d] Clinia omnia timet.

CH. Quid narrat? C. quid ille? sc [c] miserum esse. CH. miserum? Quem minus credere est?
Quid reliqui est, quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona?
[f] Parentem, patriã incolumẽ, amicos, genus, cognatos, divitias?
Atque hæc perinde sunt, [g] ut illius animus, qui ea possidet:
Qui uti scit, ei bona; illi qui non utitur rectè, mala.
C. Immò ille senex fuit importunus semper; & nunc nihil magis
Vereor, quàm ne quid in illum iratus plus satis faxit pater.
CH. Illene? [h] sed reprimã me: nam in metu esse hunc illi est utile.
C. [i] Quid tute tecum? CH. dicam, ut ut erat, * mansum
tamen oportuit.
[k] Fortassè aliquantò iniquior erat, præter ejus lubidinem?
Patcretur. nam quem ferret, si parentem non ferret suum?
* Hunccine erat æquom ex illius more, an illum ex hujus vivere? &
Quod illum insimulat durũ, id non est. nam parentum injuriæ
Vniusmodi sunt fermè, paulò qui est homo tolerabilis,
Scortari crebrò nolunt: nolunt crebrò convivarier.
Præbent exiguè sumptũ, & ea sunt tamen ad virtutem omnia.
Verùm ubi animus semel sc cupiditate devinxit malâ,
Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia. Hoc
Scitum est, Periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu siet.
C. Ita credo. CH. ego ibo nunc intrò, ut videam nobis quid
cœnæ siet.
Tu, [l] ut tempus est diei, videsis ne quò hinc abeas longiùs.
C. [m] Quam iniqui sunt patres in omneis adolescentes judices.
Qui æquom esse censent, nos jam à pueris illicò nasci senes,
Neque illarum affines esse rerum, quas fert adolescentia?
Ex suâ libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ fuit.
Mihi si unquam filius erit, næ ille * facili me utetur patre.
Nam & cognoscendi, & [n] ignoscendi dabitur peccati locus:
Non ut meus, qui mihi per alium ostendit suam sententiam.
Perii, is mihi, ubi adhibit plus paulo, sua quæ narrat facinora!
Nunc ait, periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu siet.
[o] Astutus, næ ille haud scit, quàm mihi nunc SVRDO narret fabulam.

[c] ἔμπληξις.
[f] Miser non est, cui hæc suppetunt.
[g] Externorũ fructus ab animo pendet.
[h] Hæc tacitè secum.
[i] ἔμπληξις.
* Id est, manere.
[k] Callida & solers senis inventio.
* Ab æquo & honesto.
[l] Vt pro quamdiu.
[m] Querimonia Clitophontis adversus patrem.
* Al. facilis mè.
[n] Namque aliis delinquentibus facilè parce.
[o] Petulans filius patris præcepta contemnit.

Magis

*Magis nunc me amica dicta stimulant: da mihi, atq; affer mihi.*
*Cui quid respondeam, nihil habeo, neq; ne quisquã est miserior:*
*Nam Clinia hic, etsi is quoque suarum rerum satagit, attamen*
*Habet benè ac [b] pudice eductam, ignaram artis meretriciæ.*
*Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis.*
*Tu quod dem ei, rectè est. nam nihil esse mihi, religio est dicere.*
*Hoc ego mali non pridem inveni; neq; etiamdum scit pater.*

[b] Depingit Bacchidem in conferendo cum Antiphila.

## ACTVS II. SCENA I.

Arg. Clinia cessatione & mora Antiphilæ amicæ nimium torquetur: solet enim amantis animus omnis moræ, quantumvis brevis, impatientior esse.

*Eiusdem generis.*

CLINIA. CLITIPHO.

CL. *Si mihi secundæ res [a] de amore meo essent, jãdudum scio*
*Venissẽt, [b] sed vereor, ne, me absente, mulier hic corruptæ*
*Concurrũt multæ opiniones, quæ mihi animũ exaugeant; (sit.*

[a] De suis amoribus ipse Clinia loquitur. [b] Variæ corruptiones suspicationes. [c] Mire anxiè expectantis & omnia solicitè metuentis & suspicantis.

[a] *Occasio, locus, ætas, mater, sub imperio cujus est, mala;*
*Cui nihil præter pretium jam dulce est.* CLIT. *Clinia.* CL. *hei misero mihi.*
CL. *Etiã caves, ne videat fortè hinc te à patre aliquis exiens?*
CL. *Faciã: sed nescio quid profectò mihi [d] animꝰ præsagit mali.*
CL. *Pergin' istuc prius dyudicare, quàm scis, quid veri siet?*
CL. *Si nihil mali esset, jam his adessent.* CL. *jam aderunt.*
CL. *quando istuc erit?*
CL. *Non cogitas hinc longiùs abesse? & nõsti mores mulierum;*
*Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.* CL. *ô Clitipho,*
*Timeo.* CL. *respira: eccum Dromonẽ cum Syro: simũ adsunt tibi.*

[d] Vt & Clinia & Antiphilæ modestia clarius innotesceret, fingit Poeta, primum ægrè ferre tam Cliniam & succensentẽ Antiphilæ, sic enim putabat, luxui.

## ACTVS II. SCENA II.

Arg. Clinia ex Syro intelligit, se absente, pudicè admodum vixisse Antiphilam: qua ex re ingenti gaudio perfunditur. Bacchis Clitiphonis amica ad cœnam adducitur: quæ tamen interim fingitur esse amica Cliniæ.

*Octonarii trochaici & jambici, quibus immixti*
*jambici senarii.*

SYRVS, DROMO, CLINIA, CLITIPHO.

S. [a] *Ain' tu? D. sic est. s. verũ interea dum sermones cædimus,*
*Illæ sunt relictæ.* CL. *mulier tibi adest, audin' Clinia?*
CL. *Ego verò audio nunc demum, & video, & valeo Clitipho.*
CL. *Minimè mirum, adeò impeditæ sunt; ancillarum gregem*

*Ducunt*

*Duēum fecū. CL. perii, unde ille sunt ancillæ? CL. men' rogas?*
*s. Non oportuit relictas: portam * quid rerum. CL. hei mihi.*
*s. Aurum, vestem: & vesperascit, & non noverunt viam.*
*Factum à nobis stultè est, abi dum tu Dromo illis obviam*
*Propere: quid stas? CL. væ misero mihi, quantâ de spe decidi!*
*CL. Quid istuc? quæ res te sollicitat aut? CL. rogitas quid sit?*
*Vidēn' tu ancillas, aurū, vestem quam ego unà cum ancillulâ*
*Hic reliqui, unde ea esse censes? CL. vah, nunc demùm intelligo.*
*s. Dii boni, quid turbæ est? ædes vostræ vix capient scio.*
*Quid comedent, quid ebibent? quid sene erit nostro miserius?*
*Sed video, eccos, quos volebam. CL. b ô Iupiter, ubinā est fides?*
*Dum ego propter te errans patriâ careo demens, tu interea loci*
*Conlocupletāsti te, Antiphila; & me in his deseruisti malis:*
*Propter quam in summâ infamiâ sum, & meo patri minùs*
*sum obsequens.*
*Cujus nūc pudet me, & miseret, qui c harū mores tātabat mihi,*
*Monuisse frustra, nec, potuisse unquam me ab hac expellere.*
*Quod nunc faciam tamen: cum gratum mihi esse potuit, nolui:*
*Nemo est miserior me. s. hic de nostris verbis errat d videlicet,*
*Quæ hic sumus locuti. Clinia, aliter tuū amorē, ac fit, accipis:*
*Nam & vitā est eadem, & animus te erga idem ac fuit,*
*Quantum ex ipsā re conjecturam * cepimus.*
*CL. Quid est obsecro? nam mihi nunc nihil rerū omnium est,*
*Quod malim, quàm me hoc falsò suspitarier.*
*s. Hoc primùm, ut nequid hujus ignores, anus*
*Quæ est dicta mater esse ei amicæ, non fuit:*
*Ea obiit mortem: hoc ipsa in itinere e alteræ*
*Dum narrat, fortè audivi. CL. quænam est altera?*
*s. Mane, hoc quod cœpi primùm enarrem Clitipho:*
*Post istuc veniam. CL. propera. s. f jam primum omnium*
*Ubi ventum ad ædes est, Dromo pulsat fores:*
*Anus quædam prodit: hæc ubi aperit fores,*
*Continuò hic se conjecit intrò, ego consequor.*
*Anus foribus obdit pessulum, & ad lanam redit.*
*Hinc scivi potuit, * aut nusquam alibi, Clinia,*
*Quo studio vitam suam, te absente, egerit,*
*Ubi de improviso est interventum mulieri.*

* Quid, id est, magnas sive multas res: Vide Nannii Mis. lib. 1.

b Cliniæ exclamatio ad amicam.

c Stomachosè haium, de unā tantum, atque eā præsente.

d Videlicet & scilicet, amaritudinē habent.

* Alias, fecimus.

e Alteræ pro alteri.

f Sic incipit multa pudicitiæ signa narraturus.

g Vehemens pudicitiæ conjectura.

* Georg. Fabricius haud Græcorum more geminata negatione, ubi cum altera ratione loquitur.

Nam

*Nam ea res dedit tum existimandi copiam*
*Quotidianæ vitæ consuetudinem;*
*Quæ cujusq; ingenium ut sit, declarat maxumè.*
b *Texentem telam studiose ipsam offendimus,*
*Mediocriter vestitam veste lugubri,*
*Ejus anniversarium causâ opinor, quæ erat mortua;*
*Sine auro tum ornatam, ita uti quæ ornantur sibi,*
*Nullâ * malam re esse expolitam muliebri:*
i *Capillus passus, prolixus, circum caput*
*Rejectus negligenter: pax. CL. Syre mi obsecro,*
*Ne me in lætitiam frustrà conjicias. S. anus*
*Sub tegmen nebat; præterea una ancillula*
*Erat: ea texebat una, pannis obsita,*
*Neglecta, * immundâ illuvie. CL. Si hæc sunt Clinia*
*Vera, ita uti credo, quis te est fortunatior?*
*Scin' hanc quam dicit sordidatam & sordidam?*
*Magnum hoc quoque signum est dominam esse extra noxam,*
*Cum ejus tam negliguntur interanncii:*
*Nam disciplina est eisdem, munerarier*
*Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam.*
*CL. Perge obsecro te, & cave nè falsam gratiam*
*Studeas mihi. quid ait, ubi me nominas?*
*S. Vbi dicimus, rediisse te, & rogare uti*
*Veniret ad te; mulier telam deserit*
*Continuò, & n) lachrymis opplet os totum sibi, ut*
*Facilè scires desiderio id fieri tuo.*
*CL. n) Præ gaudio (ita me Dii ament) ubi sim nescio,*
*Ita timui. CL. at ego nihil esse sciebam Clinia*
*Agendum vicissim. Syre dic, quæ illa est altera?*
*S. * Adducimus tuâ Bacchidem. CL. bem quid, Bacchidem?*
*Eho sceleste, quò illam ducis? S, quò illam ego? ad nos scilicet.*
*CL. * Ad patrémne? S. ad eum ipsum. CL. ô hominis impudentem audaciam! S. heus*
*Tu, non sit sine periculo facinus magnum & memorabile.*
*CL. Hoc vide: in meâ vitâ tu tibi laudem is quæsitum, scelas:*
*Vbi si paululum modò quid te fugerit, ego perierim.*

*Quid*

b Cultus & victus familiaris, vitam Indicant.
* Mala hic est pars faciei.
i Admirantis
k Sordities pudicitiæ signum.
l Præceptum amatorium.
m Ex nimio gaudio lachrymatur.
n Gaudii vehementia.
* Ioan. Rivius legit, adducimus.
* Scena hujus comœdiæ in rure suburbano Athenarum constituti hinc videtur. Vide Nanni Mirab. lib. 11.

Quid illo facias? ut enim. CL. o quid enim? S. finas, dicam. CL. fine. (ambages mihi
CL. Sino. S. ita res est, hæc nunc quasi cum. CL. quas, malum, Narrare occipit? CL. Syre verum hic dicit, mitte: ad rem redi.
S. Enimverò reticere nequeo: multimodis injurius Clitipho est, neq; ferri potis est. CL. audi modum herile est, tace.
S. p Vis amare: vis potiri: vis, quod des illi, effici. Tuum esse in potiundo periculum non vis; haud stultè sapis: Siquidem id sapere est, velle te id, quod non potest contingere. Aut hæc cũ illis sunt habenda, aut illa cũ his amittenda sunt, Harum duarum conditionum nunc utram malis, vide? Etsi consilium, quod cepi, rectum esse & tutum scio: Nam tua apud patrem amica tecum sine metu ut sit, copia est. Tum illi argentũ quod pollicitus es, eadem hac inveniam viâ: Quod ut efficerem, orando sur das jam aures reddiderat mihi.
Quid aliud tibi vis? CL. q siquidem hoc sit. S. siquidem experiundo scies.
CL. Age, age, cedo istuc tuum consilium, quid est? S. assimulabimus (faciet suâ?
Tuam amicam, hujus esse amicam. CL. pulchrè. cedo, quid hic An ea quoq; hujus dicetur, si hæc una dedecori est parum?
S. Imò ad tuam matrem deducetur. CL. quid eò? S. longum est Clitipho,
Tibi si narrẽ quamobrem id faciã, vera causa est. CL. fabula.
Nihil satis firmi video, quam ob rem r accipere hunc mihi expediat metum.
S. Mane, habeo aliud. si istuc metuis, quod ambo consuleamini Sine periculo esse. CL. s hujusmodi, obsecro, aliquid t reperi.
Ibo obviam hinc: dicã, ut revortantur domũ. chrè. (s. maximè:
Quid dixti? S. ademptum tibi jam faxo omnem metum, In aurem utram vis ociosè ut dormias.
CL. Quid ago nunc? L. tũne? quod boni est. CL. Syre, dic modò Verum. S. age modò: bodiè sedò, at nequicquam voles.
CL. u Datur modò: fruere dum licet: nam nescias, Ejus sit potestas posthac, an x nunquam, tibi.
CL. Syre inquam. S. pergo porrò; tamen istuc ago.
CL. y Verũ hercle istuc est, Syre, Syre inquam, heus, hem Syre.

S. Concu-

p Oratio imperfecta ob Clitiphonis interruptionem.
q Exponit consilium suum, eâque hæc hujus fabulæ protasis.
q Repetitio cum stomacho.
r Accipere pro subire.
s Stultus amator irridenti credit.
t Imperatium est.
u Sententia amoris Artistippica.
x Gemina negatio hic iterum contentius asseverat, ut modò.
y Æstuat magis ob Syri discessum.

s. Cupiam? quid vis? CL. redigere. s. adsum, hic quid est.
Iam hoc quoque negabis tibi placere. CL. immò Syre,
Et me, & meum amorem, & famam permitto tibi.
Tu es iudex: ne quid accusandus sis, vide.
s. Ridiculum est, te istuc nos admonere, Clitipho.
Quasi istic minor hæc res agatur, quàm tua.
Hic si quid nobis fortè adversi evenerit,
Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.
Quapropter nequiquam hæc res neglectui est mihi.
Sed ipsum extrudam, ut suam esse assimulet. CL. scilicet,
Facturum me esse: in eum jam res rediit locum,
Vt sit necesse. CL. meritò te amo, Clinia.
CL. Verum illa ne quid tibi tubet. s. perdocta est probè.
CL. At hoc demiror qui tam facilè potueris
Persuadere illi, quæ solet quos spernere?
s. In tempore ad eam veni, quod rerum omnium est
Primum: nam miserè quendam offendi ibi militem,
Ejus noctem exantlem: hoc arte tractabat virum,
Vt illius cupidum animum inopiâ incenderet,
Eademque ut esset apud te ob hoc quàm gratissima.
s. Sed heus tu, vide sis, me quid imprudens ruas.
Patrem novisti ad hæc res quàm sit perspicax:
Ego te autem novi, quàm esse soleas impotens.
[a] Inversa verba, eversus cervices tuas,
Gemitus, fereatus, tussis, risus, abstine.
CL. Laudabis. s. vide sis. CL. tutemet mirabere.
s. Sed quidnam citò sint consecutæ mulieres:
CL. Vbi sint? cur retines? s. jam nunc hæc non est tua.
CL. Scio, apud patrem, [b] at nunc interim. s. nihilo magis.
CL. Sino. s. non sinam inquam. CL. quæso pauliſper. s. tetigi.
CL. Saltem salutare. S. abeas, si sapis. CL. eo, quid
Istic? s. manebi. CL. ô [c] felicem hominem! s. ambula.

ACTVS II. SCENA III.

Arg. Meretricia conditio per eam exprimitur, quæ meretrix est. Habet deinde hæc scena jucundum Liniæ & Antiphilæ congressum.

*Mixti generis, ut scena superior.*

BACCHIS, ANTIPHILA, CLINIA, SYRVS.

*Adepol*

a Attende mamis verecordiam, qui famam servo committit.

b Deinceps id est, mihi. Sophocles Trachiniis τῶν δὲ λοιπῶν ἔγωγε οὐδέν.

a Adhortatio, perspicam Chremetis, ac incontinentiam Clitiphonis notat.

a Livius lib. 1. ab urbe condita: omne jus belli Achivos abstinuisse.

b Sinam nimis.

c Felicem quia cum amicâ manebit.

Æ Depol [a] Antiphila mea laudo te, & fortunatam judico,
Id cùm studuisti, isti formæ mores ut consimiles forent:
Minimèq́ (ita me Dij ament) miror, si te sibi quisque expetit.
Nam mihi, quale ingenium haberet, fuit indicio oratio:
Et cùm egomet nunc mecum in animo vitam tuam considero,
Adeoq́ vostrarum omnium, volgus quæ ab sese segregant,
Et vos esse istiusmodi, & nos non esse, haud mirabile est.
Nam vobis expedit esse bonas; nos quibuscũ res est, non sinunt.
Quippe formâ impulsi nostrâ, nos [b] amatores colunt:
Hæc ubi [c] immutata est, illi suum animum aliò conferunt:
Nisi prospectum est interea aliquid nobis, desertæ vivimus.
[d] Vobis cum uno * simul ubi ætatem agere decretum est viro,
Cujus mos maximè est consimilis vostrum; bi se ad vos applicãt
[e] Hoc beneficio utriq́, ab utriq́, verò devincimini:
Vt nunquam ulla amori vostro incidere possit calamitas.
A. [f] Nescio alias: me scio quidem semper feciſſe sedulò,
Vt ex illius commodo meum compararem commodum. C. ab
Ergò mea Antiphila tu nunc sola reducem me in patriam facis.
Nam, dum abs te absum, omnes mihi labores fuêre, quos cepi, leves, (sussero.
Præterquam [g] tui carendum quod erat. S. credo. C. Syre vix
Hoccine me miserum non licet e meo modo ingenio frui?
S. [h] Immò, ut patrẽ tuũ vidi esse habitum, diù etiã duras dabit
B. Quisnam hic adolescens est, qui intuitur nos? A. ob, retine
me obsecro.
B. Amabò quid tibi est? A. [i] disperij. B. perij misera, quid stupes
Antiphila? A. videon' Cliniam, [k] annon? B. quem vides? C.
salve anime mi.
A. O mi expectata Clinia, salve. C. ut vales?
A. Salvom venisse gaudeo. C. [l] teneone te,
Antiphila, animo maximè exoptata meo?
S. Ite intrò: nam vos jamdudum expectat senex.

a Spargit in personas, descriptionem morum Bacchidis, & Antiphilæ, ut appareat honestè amasse Cliniam.

b Amatores formæ.
c Al. immiuuta.
d Laus à pudicitia.
* Al. semel.
e Commendatio à fide in virum.
f Mirè opportunum ethos. Nescio alias.
g Tui pro tempore.
h Ἀναπλάς.
i Præ nimio gaudio consternatur.
k Patheticæ & amatoriæ locutiones.
l Dubitamus ferè de maximis gaudijs, quasi quæ fidem superent. Vide Nan. Misc. lib. 11.

## ACTVS III. SCENA I.

*Arg.* Chremes Menedemo nunciat ex Asia rediisse filium: ex quare Menedemus incredibili gaudio perfunditur, & filio posthæc indulgere magis innititur, quod ei magnoperè dissuadet Chremes.

*Iambica senarij.*

CHREMES, MENEDEMVS.

C.[a] Lvcessit hoc jam: cesso pultare ostium
Vicini? primùm ex me ut sciat, sibi filium
Rediisse; elsi adolescentem hoc nolle intelligo.
Verùm, cùm videam[b] miserum hunc tam excruciarier
Ejus abitu, celem tam inseratum gaudium,
Cùm illi nihil periclì ex indicio siet?
Haud faciam: nam, [c] quod potero, adjutabo senem;
Ita ut filium meum amico atque æquali suo
Video inservire, & socium esse in negotijs:
Nos quoque [d] sencs est æquom senibus obsequi.
M. Aut ego profectò ingenio egregiè ad miseriam
Natus sum, aut illud falsum est, quod vulgò audio
Dici, [e] DIEM adimere ægritudinem hominibus:
Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo; & quanto diutiùs
Abest, magis cupio tantò, & magis desidero.
C. Sed ipsum egressum foràs video: adibo, alloquar;
Mendcdeme, salve: nuncium apporto tibi,
Cujus maximè te fieri participem cupis.
M. Num quidnam de gnato meo audisti Chreme?
C. Valet, atq; vivit. M. [f] quæso ubinam est? C. apud me domi.
M. [g] Meus gnatus? C sic est. M. venit? C. certè. M. Clinia
Meus venit? C. dixi. M. eamus, duc me ad eum obsecro.
C. Non vult te scire se rediisse: etiam & tuum
Conspectum fugitat ob peccatum: tum hoc timet,
Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta sit.
M. Non tu ei edixisti ut essem? C. non. M. quamobrem Chreme?
C. [h] Quia pessume istuc in te, atq; in illum consulis,
Si te tam leni & victo esse animo ostenderis.
M. [i] Non possum: satis jam satis patcr durus fui. C. ah,
Vehemens in utramq; partem, Menedeme, es nimis,
Aut largitate nimiâ aut parsimoniâ:
In eandem fraudem ex hac re, atq; ex illâ, incides.
Primùm olim potiùs commeare filium,
Quàm paterêre ad mulierculam, quæ paululo
Tumerat contenta, cuiq; erant grata omnia,
Proterruisti hinc, ea coacta ingratys,

[a] Plaut. Milite, lucet hoc inquam.
[b] Verus amicus tam dolore, quàm gaudio afficitur.
[c] Pro quoad alij quam.
[d] Nam pares cum paribus facilè congruunt.
[e] Vulgatum dictum.
[f] Suspicio ex mira sollicitudine.
[g] Præ gaudio idem crebro repetit.
[h] Menedemi consilium arguit.
[i] Consultatio senum in qua videas quantum fallatur Chremes: estque hæc paraskeue curbarum, quæ sequuntur.

Po

Post illa cœpit victum volgò quærere:
Nunc, cùm sine magno intertrimento non potest
Haberi, quidvis dare cupis. * nam, ut tu scias,
Quàm ea nunc instructa pulchrè ad perniciem siet,
Primùm jam ancillas secum adduxit plus decem;
Oneratas veste, atque auro. satrapes si siet,
Sufferre amator nunquam ejus sumptus queat,
Nedum tu possis. M. estne ea intus? C. sit, rogas?
Sensi: nam ei unam cœnam, atq; ejus comitibus
Dedi; quòd si iterum mihi sit danda, actum siet:
Nam, ut alia omittam, [k] pitissando modò mihi
* Quid vini absumpsit? sic, hoc; dicens, asservum
Pater est, hoc aliud lenius: sodes vide,
Relevi dolia omnia, omnes [l] feriæ:
Omnes habui sollicitos: atque hæc una nox:
Quid te futurum censes, quem assiduè exedent?
Sic me dii amabunt, ut tuarum miseritum est
Menedeme fortunarum. M. faciat, quod lubet:
[m] Sumat, consumat, perdat, decretum est pati,
Dum illum modò habeã mecum. C. si certum est tibi
Sic facere, illud permagni referre arbitror;
Vt nescientem sentiat te id sibi dare.
M. quid faciam? C. [n] quidvis potiùs, quàm quod cogitas:
Per alium quemvis ut des, fallite simus
° Technis per servolum: etsi subsensi id quoque;
Illos ibi esse, & id inter se agere clanculum.
Syrus cum illo vostro consusurrat: conferunt
Consilia adolescentes: & tibi perderè
Talentum hoc pacto satius est, quàm illo minam.
Non nunc pecunia agitur, sed illud, quo modo
Minimo periculo id demus adolescentulo.
Nam si semel tuum animum is intellexerit;
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quàm abs te * amittas filium: hui;
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris!
Tibi autem parvò ut non sit suave vivere.
NAM deteriores omnes sumus licentiâ;

[k] Pitissare; est parce vinum tentandi gratiâ degustare.
[l] Id est, mulcum v. Nam. Misc. lib. 2.
[l] Id est, vasa fictilia.
[m] Sumat. Summa patris indulgentia.
[n] Sanum Chremetis consilium.
° Servi fraudem commentantis.
* Id est, dimittas. Sic in Phor. Act. 2. Scen. 2. Nunc amitte, quæso hunc

*Quodcúnque inciderit in mentem, volet: neque id*
*Putabit, pravom an rectum, quod petet, fiet.*
*Tu, rem perire, & ipsum, non poteris pati.*
o Objectio. P *Dare denegabis: ibit ad illud illicò,*
*Quo maximè apud te se valere sentiet,*
*Abiturum se abs te esse illicò minabitur.*
M. q *Videre verum, atque ita uti res est, dicere.*
o Approbatio consilii. C. *Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,*
*Dum id quæro, tibi qui filium restituerem.*
r Mos orantium & confirmantium. M. r *Cedò dexteram: porrò te oro, idem ut facias Chremeti.*
C. *Paratus sum.* M. *Scin' quid nunc te facere volo?*
c. *Dic* M. *quòd sensisti illos me incipere fallere,*
s Affectus paternus *Id ut maturent facere.* s *cupio illi dare*
*Quod volt: cupio ipsum jam videre.* c. t *operam dabo:*
t Argumentum prudentiæ Chremetis. *Syrus est prehendendus at q; adhortandus mihi.*
*A me nescio quis exit. concede huc domum,*
*Ne nos inter nos congruere sentiant.*
*Paullum hoc negoti mihi obstat; Sinus, & Crito*
*Vicini nostri hîc ambigunt de finibus:*
*Me cepêre arbitrum; ibo, ac dicam, ut dixeram,*
*Operam daturum me, hodie non posse, bis dare:*
*Continuò hic adero.* M. *ita quæso. Dii vestram fidem,*
ITAN' *comparatam esse hominum naturam omnium,*
*Aliena melius ut videant, & judicent,*
*Quàm sua? an eo fit, quia in re nostra aut gaudio*
*Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?*
*Hic mihi nunc quantò plus sapit, quam egomet mihi!*
u Verba redeuntis Chremetis. c. u *Dissolvi me ocyùs, operam ut tibi darem.*

## ACTVS III. SCENA II.

Arg. Servus herum Chremetem decipit credentem Menedemo fallaciam intendi, & ita sua ipsius conjectura & solertia fallitur.

*Eiusdem generis.*

SYRVS, CHREMES.

x Syrus hæc secum. S. a *Hæc illæc circumcursa: invenienda est tamen*
*Argentum, intendenda in senem fallacia.*
y Falsa Chremetis conjectura. c. b *Num me fefellit, boscè id struere? videlicet*
*Est Clinie ille servus tardi ingenii:*
*Idcircò huic nostro tradita est provincia.*

S. Quid

S. Quis hîc loquitur? perii, numnam hæc audiit? c. Syre. S. hem.
c. Quid tu istîc? S. [c] rectè: equidem te deminor. Cl. Treme.
Tam manè, qui beri tantum biberis. c. nihil nimis.
S. Nihil narras? visa verò est, quod dici solet,
[d] Aquilæ senectus. c. eia. S. mulier commoda, &
Faceta hæc est meretrix. c. sanè idem visa est mihi.
S. Et quidem herclè formâ luculentâ. c. sic satis.
S. Ita non ut olim, sed uti nunc sanè, bonâ:
Minimèque miror, Clinia hanc si deperit:
Sed habet patrem [e] quendam, avidum, miserum atq; aridum,
Vicinum hunc: nostin'? at quasi is non divitiis
Abundet, gnatus ejus profugit inopiâ.
Scin' esse factum, ut dico? c. [f] quid ego nesciam?
Hominem pistrino dignum. S. quem? c. [g] istum servolum
Dico adolescentis. S. Syre, tibi timui male.
c. Quî passus est id fieri? S. quid faceret? c. rogas?
Aliquid reperiret, fingeret fallacias,
Vnde esset adolescenti, amicæ quod daret,
Atque hunc difficilem invitum servaret senem.
S. Garris. c. hæc facta ab illo oportebant, Syre.
S. Eho, quæso, laudas, qui heros fallunt? c. in loco.
Ego verò laudo. S. rectè sanè. c. quippe quia
Magnarum sæpè id remedium ægritudinum est:
Iam huic mansisset unicus gnatus domi.
S. Iocóne an seriò illæc dicat nescio.
Nisi mihi quidem addit animum, quo lubeat magis.
c. [h] At nunc quid expectat, Syre? an dum hinc denuò
Abeat, cum tolerare hujus sumptus non queat?
Nonne ad senem aliquam [i] fabricam fingit? S. stolidus est.
c. At te adjutare oportet adolescentuli
Causâ. S. equidem facilè facere possum si jubes:
Etenim, quo pacto id fieri soleat, calleo.
c. [k] Tanto herclè melior. S. non est mentiri meum.
c. Fac ergo. S. [l] at heus tu, facito dum eadem hæc memineris,
Siquid hujus simile forte aliquando evenerit,
Vt sunt humana, tuus ut faciat filius.
c. Non usu veniet, spero. S. spero herclè ego quoque:

c Syrus callidè à proposito discedit.
d Proverbium in senem bibatulos.
e Occasio fallendi senes.
f ἀμειβολογικῶς.
g Institutio fallaciæ à sene in senem, immo in scipsum.
h Denuo Syrum instigat.
i Translatio à machinis bellicis.
k Callidita-tem servi laudat.
l Prænonitio de filii amore.

[m] *Neque eò nunc dico, quòd quidquam illum senserim:*
*Sed si quid, ne quid; quæ sit ejus ætas, vides:*
*Et næ ego te, si usus veniat, * magnificè Chreme*
*Tractare possim C. de istoc, cùm usus venerit,*
*Videbimus quid opus sit: nunc istuc age.*
*S. Nunquam commodius unquam herum audivi loqui,*
*Nec, cùm mæ facere crederem mi impunius*
*Licere. quisnam à nobis egreditur foras?*

m Tollit obiurgandi occasionem.
* Præclarè de te hac in re mereri si servem te hujusmodi circumductione & fraude. Vide Nannii Mil. lib. 11.

ACTVS III. SCENA III.

Arg. Chremes filium objurgat, & immodestiæ arguit, quem cum Bacchide ludentem viderat. Syrus hero id suadet, quod maximè ad extorquendum facit argentum.

*Iambici, & trochaici, octonarij, catalectici, & acatalectici, senarius unus, quaternarij duo.*

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

Q*Vid* [a] *istuc, quæso? qui istic mos est, Clitipho? itáne fieri oportet?*
CL. *Quid ego feci?* CH *vidin' ego te modò manu in sinu huic*
*Meretrici inserere? S. acta est res. perij* CL. *mene?* CH. *hisce oculis, ne nega.*
*Facis adeò indignè injuriam illi; qui non abstineas manum:*
*Nam istæc quidè contumelia est, homine amicum ad te recipere*
*Atque ejus amicam * subagitare: vel heri in vino, quàm immodestius*
*Fuisti? S. factum.* CH. *quàm molestus! ut equidem,*
*Ita me dii ament, metui quid futurum deinde esset. novi ego*
*Animos* [b] *amantium: graviter advortunt, quæ non censeas.*
CL. *At tibi fides apud hunc est, nihil me istius facturum pater.*
CH. *Esto: at certè concedas ab eorum ore ut quantispèr aliquò.*
*Libidò multa fert: ea prohibet facere tua præsentia.*
*Ego de me facio conjecturam.* [c] *nemo est meorum amicorum hodie,*
*Apud quem expromere omnia mea occulta, Clitipho, audeam.*
*Apud alium prohibet dignitas: apud alium ipsius facti piget,*
*Ne ineptus, ne protervus videar: quod illum facere credito.*
*Sed nostrum est intelligere, utcunque, atq; ubicunque opus sit*
*obsequi.*
*S. Quid iste narrat?* CL. *perii. S. Clitipho, hæc ego præcipio*
*tibi:* Homi-

a Periculum per quod sensim ad rem ventum pervenit: neque enim subitò sed per gradus quosdam ad talem motum accedendum erat.
* Subigitare, antiquè.
b Nam amantibus omnia sine suspecta.
c Ab exemplo paterno.

*Hominis es frugi & temperantis functus officium.* CL. *tace*
*Sodes.* S. *rectè sanè.* CH. *Syre pudet me.* S. *Credo: neq; id injuriâ:*
*Quin* [e] *mihi molestum est.* CL. *pergin'* S. *hercle verum dico, quod videtur.*
CL. *Nónne accedam ad illos?* CH. *eho quæso, una accedundi via est.*
S. *Aliam est: hic sè priùs indicârit, quàm ego argentum efferro, Chreme,*
*Vin' tu homini stulto mihi auscultare?* CH. *quid faciam?* S. *jube hunc*
*Abire hinc aliquò.* CL. *quò ego hinc abeam?* S. *quò? quò lubet: da illis locum:*
*Abi deambulatum.* CL. [f] *deambulatum, quò?* S. *vah, quasi desit locus.*
*Abi sanè istac, istorsum, quò vis?* CH. *rectè dicit: censeo.*
CL. [g] *Dii te eradicent Syre, qui me istinc extrudis.* S. *at tu pol tibi*
*Posthac comprimito istas manus.*
[h] *Censen' verò? quid illum porrò credis facturum Chreme,*
*Nisi eum, quantum dii dant tibi opis, servas, castigas, moves?*
*Ego istuc curabo.* S. *atqui nunc here hic tibi asservandus est.*
CH. *Fiet.* S. *si sapias:* [i] *nam mihi jã minùs minusq; obtemperat.*
CH. *Quid tu? ecquid de illo, quod dudũ tecũ egi, egisti Syre, aut*
*Reperisti tibi quod placeat, an nondum etiam?* S. *de fallaciâ*
*Dicis? est, inveni quandã nuper.* CH. [k] *frugi es: cedò quid id est?*
S. *Dicam: verùm, ut aliud ex alio incidit.* CH *quidnam Syre?*
S. *Pessuma hæc est meretrix.* C. *ita videtur.* S. *imò, si scias.*
*Hoc vide, quod inceptet facinus. fuit quædam anus Corinthia*
[l] *Hic: huic* [m] *drachmarum argenti hæc mille dederat mutuũ.*
CH. *Quid tum?* S. *ea mortua est, reliquit filiam* [n] *adolescentulam.*
*Ea relicta huic arrhaboni est pro illo argento.* CH. *intelligo.*
S. *Hanc secum huc adduxit, ea quæ est nunc ad uxorem tuam:*
C. *Quid tum?* S. *Clinia orat, sibi uti nunc det illam, illi tamen*
*Post daturũ mille nummũm* [o] *poscit.* CH. *& placet quidem* S. *hui,*
*Dubium id est?* CH. *ego sic putavi. quid nunc facere cogitas?*
S. *Egóne? Ad Menedemum ibo: ibi dicã hanc esse captã è Cariâ,*
*Ditem, & nobilem; si redimat, magnum inesse in eâ lucrum.*

[e] Mihi ἔμφασιν habet.
[f] Repetitio per indignationem.
[g] Imprecatio in Syrum.
[h] Rectè monet de filio servando.
[i] Accusatio amphibologica.
[k] Laudat denuò fallacẽ servum.
[l] Caput fallaciæ.
[m] Nannius Mis. lib. 11. Nummorum legit.
[n] Valens causa ad exorquendum argentum.
[o] Mille daturum drachmas poscit, id est, spondet & pretium pro re emenda offert. Vide Nannii Mis. lib. 11.
[p] Fallaciam aperit.

CH. *Erras. S. quid ita? CH. pro Menedemo nunc ego tibi re-*
*spondeo:*
*Non emo, quid ais? S. optata loquere. C. atqui non est opus.*
*S. Non opus est? CH. non hercle vero. S. qui? istuc miror. CH.*
*jam scies.* (fores?
[a] Parat se ad aliam Scenam. [a] *Mane, mane, quid est, quòd tam à nobis graviter crepuere*

ACTVS IV. SCENA I.

*Arg.* Hæc Scena Antiphilæ continet agnitionẽ, unde jurgium inter virum & uxorẽ oritur. Chremes enim jusserat exponi partum, si puellam peperisset ipsa: quod factum non est. Post agnitam Antiphilam Syro, novum quæritur de invenienda pecunia consilium.

*Octonarij, iambici, & trochaici.*

SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX, SYRVS.

[b] Hæc Catastrophe rerũ Cliniæ est, & occasio [b] περιπετείας novæ rerum Clitiphontis.

SO. *Nisi me animus fallit, hic profectò est annulus quem*
*ego suspicor,*
*Is, quicum exposita est gnata. C. quid volt sibi Syre hæc oratio?*
SO. *Quid est? is ne tibi videtur? N. dixi equidem, ubi osten-*
*disti, illicò,*
*Eum esse. SO. at ut satis contemplata modò sis, mea nutrix. N.*
*satis.*
*SO. Abi nunc jam intrò: atque, illa si jam laverit, mihi nuncia.*
*Hîc ego virum interea opperibor. SY. te volt videas, quid velit.*
*Nescio quid tristis est, non temerè est: metuo, quid sit. C. quid*
*siet?*

[c] Ingenuatio à purgatione

*Næ ista hercle magno jam conatu magnas nugas dixerit.*
SO *Ebem mi vir. CH ebem mea uxor. SO. teipsum* [b] *quæro.*
*CH. loquere, quid velis.*
*SO. Primùm te hoc oro, ne quid credas me advorsum edictum*
*tuum*
*Facere ausam. C. vin' tibi me istuc, etsi incredibile est, credere?*
*Credo. SY. nescio quid peccati portet hæc purgatio.*
*SO. Meministin' me esse gravidam, & mihi te maxumopere*
*interminatum,*
*Si puellam parerem, nolle tolli. CH. scio quid feceris.*
[e] Tollere, hîc est nutrire. [c] *Sustulisti. SY. si sic factum est domina, ergo herus* [d] *damno*
[d] Damno auctus, ob dotem dandam *auctus est.*
*SO. Minimè: sed hîc erat anus Corinthia haud impuratæi dedi*
*Exponendam. C. ô Iupiter, tantámne esse in animo insciti am?*
SO. *Peri.*

SO. Perij, quid ego feci? C. rogitas? SO. [d] si peccavi mi Chreme,
Insciens feci. C. [e] id quidem ego, & si tu neges, certò scio,
Te insientem atque imprudentem dicere ac facere omnia:
Tot peccata in hac re ostendis. nam jam primùm, si meum
Imperium exequi voluisses, interemptam oportuit,
Non simulare mortem verbis, re ipsâ spem vitæ dare.
At id omitto: misericordia, animus maternus; [f] sino.
Quàm bene verò abs te prospectum est: quid voluisti? cogita:
Nempe anui illi prodita abs te filia est planissimè,
Per te, vel uti quæstum faceret, vel uti [g] væniret palam.
Credo, id cogitasti: quidvis satius est, dum vivat modò.
Quid cum illis agas, qui neq; jus neq; bonũ atq; æquom sciunt,
Melius, pejus, prosit, obsit, nihil videnl, nisi quod lubet.
SO. Mi Chreme, peccavi fateor: vincor. nunc hoc te obsecro,
Quantò tuus est animus natu gravior, ignoscentior,
Vt meæ stultitiæ justitia tua sit aliquid præsidi.
C. Scilicet equidem istuc tuum factũ ignoscam: verùm Sostrata
Malè docet te mea [h] facilitas multa, sed istuc quicquid est,
Quâ hoc occeptum est causâ loquere. SO. ut stultæ & miseræ
[i] Religiosæ, cũ exponẽdã do illi, de digito annulũ (omnes sumus
Detrabo, & eum dico ut unà cum puellâ exponeret,
Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.
C. Istuc rectè conservasti te atq; illam. SO. hìc is est annulus.
C. Vnde habes? SO. quam Bacchis secum adduxit adolescentulam. SY. [k] hem.
C. Quid ea narrat? SO. ea lavatũ dum it, servandũ mihi [l] dedit
Annulum. non advorti primò: at postquam adspexi illicò
Cognovi: ad te [m] exsily. C. quid nunc suspicare, aut invenis
De illâ? SO. nescio, nisi ut ex ipsâ quæras, unde hunc habuerit?
Si potis est reperiri. SY. interv. [n] plus spei video, quàm volo:
Nostra est, ita si est. C. vivitne illa, cui tu dederas? SO. nescio:
C. Quid renunciavit olim feciſſe? SO. id, quod jusseram.
C. Nomen mulieris cedo quod sit, ut quæratur. SO. Philtere.
SY. Ipsa est: mirum, ni illa salva est, & ego pery. C. Sostrata,
Sequere me intrò hac. SO. ut præter spem evenit! quàm timui malè,
Ne nunc animo ita esses duro, ut olim in tollenda, Chreme.

[d] Excusat imprudentiã am.
[e] Objurgatio mordax.
[f] Id est, concedo, scilicet quod hæc te moverint.
[g] Væniret, venderetur ad stuprum.
[h] Facilitas causa delinquendi.
[i] Id est, superstitiosæ.
[k] Stupentis est.
[l] Al. dedit animum. non ad.
[m] Magnæ lætitiæ indicium est.
[n] Ellipsis. scilicet de agnitione filiæ.

C. NON

C. NON licet hominem esse sæpè ita ut vult, si res non sinit,
Nunc ita tempus est mi, ut cupiam filiam: olim nil minùs.
SY. [m] Nisi fallit me animus, haud multùm à me aberit infortunii:
Ita hæc res in angustum oppidò nunc meæ coguntur copiæ,
Nisi aliquid video, ne esse amicam hanc gnati resciscat senex.
Nam quod sperem de argento, aut posse postulem me fallere,
Nihil est: triumpho, si licet me [n] latere tecto, abscedere.
Crucior, [o] bolum tantum mihi ereptum tam subitò è faucibus.
Quid agam? aut quid cõminiscar? ratio de integro inuenda est
NIL tam difficile est, quin quærendo investigari possiet (mihi.
Quid, si hoc sic [p] incipiam nunc? nihil est. Si sic? tantùdem egero.
At sic opinor, non potest. immò optumè: euge optumam habeo.
Retraham hercle, opinor, ad me illud idem [q] fugitivum argentum tamen.

[m] Epitasis, nam subinde alia atq; alia consilia fallunt servolum, & videas Syrum hic tanquam Proteum in omnes formas verti.
[n] Metaphora militaris. Vid. Mist. I. 1
[o] Metaphora à brutis vescentibus.
[p] Ratiocinando inquirentis.
[q] Metaphora à fugitivo.

## ACTVS IV. SCENA II.

Arg. Clinia hic testatur, quàm gaudeat de agnita Antiphila: & à Syro admonetur, ut amici etiam Clitiphonis rem curet in servanda Bacchide.

*Iambici octonarii catalectici, unus senarius catalecticus, reliqui trochaici octonarii.*

CLINIA, SYRVS.

C. [a] NVlla mihi res posthac potest jam intervenire tanta,
Quæ mihi ægritudinẽ afferat: tãta hæc lætitia oborta
Dedo patri me nunc jam, ut frugalior sim quàm volt. (est,
S. Nil me fefellit: cognita est, quantùm audio hujus verba.
Istuc tibi ex sententiâ tuâ obtigisse lætor, (affuerim,
C. O mi Syre, audistin' obsecro? S. quid ni? qui [b] usque unà
C. Cui æquè audisti commodi quidquam evenisse? S. nulli.
C. Atque ita me dii ament, ut ego nunc non tam meapte causâ
Lætor quàm illius; quam ego scio [c] esse honore quovis dignam
S. Ita credo, sed nunc Clinia age, da te mihi vicissim:
Nam amici quoque res est videnda in tuto ut collocetur;
Ne quid de amicâ nunc senex. C. ô Iupiter. S. quiesce,
C. Antiphila mea nubet mihi. S. siccine me [d] interloquere?
C. Quid faciam, Syre mi? gaudeo. fer me. S. [e] fero hercle verò:
C. Deorũ vitam adepti sumus. S. frustrà operâ hanc opinor sumo
C. Loquere, audio. S. at jam hoc [f] non age. C. agam. S. videndum est, inquam,

[a] Epitasis.
[b] Ab honesto & utili.
[c] Ad hæc mihi.
[d] Indignanter idem iisdem repetit verbis.
[e] Syri consilium.

Amici

*Amicè quoque res Clinia tui in tuto ut collocetur:*
*Nam si nunc à nobis abis, & Bacchidem hîc relinquis,*
*Noster resciscet illicò esse amicam hanc Clitiphonis:*
*Si abduxeris, celabitur itidem, ut celata adhuc est.*
CL. *At enim istoc nihil est magis, Syre, meis nuptiis advorsum:*
*Nam quo ore appellabo patrem? tenes quid dicam?* S. *quid ni?*
CL. *Quid dicam? quam causam afferam?* S. [f] *quin nolo mentiare:*
*Aperte, ita ut res sese habet, narrato.* CL. *quid ais?* S. *jubeo*
*Illam te amare, & velle uxorem; hanc esse Clitiphonis.*
CL. *Bonam at & justam rem oppidò imperas, & factu facilem.*
*Et scilicet jam me hoc voles patrè exorare, ut celet* (CL. *hem,*
*Senem nostrum?* S. *immò ut rectâ viâ rem narret ordine omne.*
*Satin' sanus es: aut sobrius? tu quidem illum planè prodis:*
*Nam quî ille poterit esse in tuto, dic mihi?*
S. *Huic equidem consilio* [g] *palmam do: hîc me magnificè effero,*
*Qui vim tantam in me, & potestatem habeam tantæ astutiæ,*
*Vera dicendo ut eos ambos fallam: ut cùm narret senex*
*Noster nostro, istam esse amicam gnati, non credat tamen.*
C. [h] *At enim spem istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis:*
*Nam dum amicam hanc meam esse credet, non cõmittet filiam.*
*Tu fortasse, quid me fiat, parvi pendis, dum illi consulas.*
S. *Quid, malum,* * *me ætatem censes velle id assimulare?*
*Vnus est dies, dum argentum cripio, pax, nihil amplius.*
C. *Tantum fat habes? quid tum quæso, si hoc pater resciverit?*
S. *Quid si redeo ad illos, qui aiunt,* QVID *si nunc cælum ruat?*
C. *Metuo, quid agam.* S. *metuis? quasi non ea potestas sit tua,*
*Quo velis in tempore ut te exsolvas, rem facias palam?*
C. *Age, age,* * *traducatur Bacchis.* S. *optumè, ipsa exit foràs.*

f Consilium astutum servi cui tamen non respondebit eventus.

g Iactantia Syri de sua astutia.

h Clinia vetetur, ne perturbentur nuptiæ.

* Ita Hecyra Act. 5. Scen. 1 Nam neque ille hoc animo erit ætatem.

* Id est, deducatur.

## ACTVS IV. SCENA III.

Arg. Bacchis irata ob decem minas nondum traditas, abituram se assimulat: cum Syro expostulat, tandem placata suasu ejusdem, cum omni strepitu ac turbâ transit ad Menedemum, tantisper dum Chremes fallatur.

*Iambici octonarii catalectici.*

BACCHIS, CLINIA, SYRVS, DROMO, PHRYGIA.

S*Atis* [a] *pol proterve me Syri promissa huc induxerunt,*
*Decem minas quas mihi dare pollicitus est: quòd si is nunc me*
*Deceperit;*

a Meretricis excandescentis conquestio de pecunia nõdum soluta.

*Deceperit: sæpè obsecrans me, ut veniam, frustra veniet;*
*Aut cùm venturam dixero, & constituero; cùm is certè*
*Renunciárit; Clitipho [b] cum spe pendebit animi;*
*Decipiam, ac non veniam; Syrus mihi tergo pœnas pendet.*
C. *Satis scitè * promittit tibi.* S. *atqui tu hanc jocari credis?*
*Faciet nisi caveo.* B. *dormiunt: pol ego istos commovebo.*
*[c] Mea Phrygia audistin', homo iste modò quam villã demõstravit*
*Charini?* P. *audivi.* B. *proximã esse huic fundo ad dexterã.* P. *me-*
*Curriculo percurre: apud eum miles Dionysiã agitat. (mini.*
*Quid inceptas?* B. *dic me hic oppidò esse invitã, at ẽ, asservari*
*Verùm aliquo pacto verba me his daturam esse, & venturam.*
*Perii hercle: Bacchis mane, mane: quò mittis istanc quæso?*
*Iube maneat.* B. *[d] abi.* S. *quin paratum est argentum.* B. *quin*
*maneo.*
*Atqui jam dabitur.* B. *ut lubet, num ego instо?* S. *at scin*
*quid * sodes?*
*Quid?* B. *transeundũ nunc tibi est ad Menedemũ, & tua põpa*
*Eò traducenda est.* B. *quam rem agis, scelus?* S. *egóne? argentum*
*cudo,*
*Quod tibi dem.* B. *dignã me putas quã illudas?* S. *nõ est temerè*
*Etiamne tecũ hîc res mihi est?* S. *minimè: tuum tibi reddo.*
B. *[e] Eatur.* S. *sequere hâc. heus Dromo.* D. *quis me volt?* S. *Syrus.* D. *quid est rei?*
*Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos properè.*
*Quã ob rem?* S. *ne quæras, & ferãt, quæ secũ huc attulerunt.*
*Sperabit sumptum sibi senex esse harum abitu levatum,*
*Nec ille baud scit, hoc paulũ lucri quantum ei damni apportet.*
*Tu nescis id quod scis Dromo, si sapies.* D. *mutum dices.*

ACTVS IV. SCENA IV.

Arg. Per fallaciam Syrus ab hero Chremete argentum accipit. Menedemi Chremes rursum miseretur ob traductã ad illum cum omni pompa sumptuosam Bachidem, quam Clĩniæ, non sui filii amicam putat. *Iambici senarii.*

CHREMES, SYRVS.

C. [a] *ITa me dii amabunt, ut nunc Menedemi vicem*
*Miseret me, tantum deveniſſe ad eum mali,*
*Illaccine mulierem alere cum illâ familiâ?*
*Et si scio, hosce aliquot dies non sentiet:*

Ita

§ Mira Bacchidis calliditas.
* Id est, minatur. Virg. Æneid. 2. Promisi ultorem, & verbis odia aspera movi.
c Memorem inducit meretricem, aptamque ad fallendum.
d Dissimulatio Bacchidis
* Bembus, ij. pro i.
* Si facias.
e Μεταφορικῶς, & joculariter, ut servum decet.
f Levitas meretricis facilè persuasa.
g Obiter & Chremes producitur, ut magis appareat, quantum fallatur.

*Ita magno desiderio fuit ei filius.*
*Verùm ubi videbit tantos sibi sumptus domi*
*Quotidianos fieri, nec fieri modum,*
*Optabit rursum, ut abeat ab se filius.*
*Syrum optumè, eccum. S. cesso hunc* [b] *adoriri? C. Syre. S. hem.*
*C. Quid est? S. te mihi ipsum jamdudum optabam dari.*
*C. Videre egisse jam nescio quid cum sene.*
*S. De illo, quod dudum? dictum, ac factum reddidi.*
*C. Bonân' fide? S.* [c] *bonâ herclè. C. non possum pati,*
*Quin tibi caput demulceam, accede huc, Syre:*
*Faciam boni tibi aliquid pro istâ re ac lubens.*
*S. At si scias, quàm scitè in mentem venerit.*
*C. Vah,* * *gloriare eveniisse ex sententiâ?*
*S. Non herclè verò.* [d] *verum dico. C. dic quid est?*
*S. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem*
*Menedemo dixit Clinia, & eâ gratiâ*
*Secum adduxisse, ne tu id persentisceres.*
*C. Probè. S. dic sodes. C. nimium inquam. S. imò sic satis.*
*Sed porrò ausculta quod superest* [e] *fallaciæ:*
*Sese ipse dicet tuam vidisse filiam,*
*Sibi complacitam ejus formam, postquam adspexerit:*
*Hanc se cupere uxorem. C. modò quæ inventa est? S. eam?*
*Et quidem jnbebit posci. C. quamobrem istuc Syre?*
*Nam prorsus nihil intelligo. S. hui* [f] *tardus es.*
*C. Tortasse, S. argentum dabitur ei ad nuptias.*
*Aurum atque vestem, quî; tenésne? C. comparet?*
*S. Id ipsum. C. at illi ego nec do, nec despondeo.*
*S. Non? quamobrem? C. quamobrem, me rogas? homini!* *
*S. ut lubet.*
*Non ego perpetuò dicebam ut illam illi dares,*
*Verùm ut simulares. C. non mea est simulatio:*
*Ita tu istæc tua misceto, ne me admiscas.*
*Egòn' cui daturus non sim, ut ei despondeam?*
*S. Credebam. CH. minimè. S. scitè poterat fieri;*
*Et ego hoc, quia dudum tu tantopere jusseras,*
[g] *Eó cœpi. C. credo. S. cæterum equidem istuc Chreme*
*Æqui bonique facio. CH. atqui tùm maximè*

[b] Adoritur, qui insidiosè & celeriter invadit.
[c] Blanda attrectatio.
* Nannius legendum putat, hariolare, id est, inani divinatione jactas evenisse ex sententiâ. Vid. Mis. l. 11.
[d] ἀληθῶς verum dicit. Nam per eam Veritatem senes falluntur.
[e] Altera fallaciæ pars.
[f] Increpat Chremetis tarditatem.
* Ellipsis. Aliis, fugitivo dabo.
[g] Ab Auctoritate Chremetis comis loçutio.

Volo

*Volo te dare operam ut fiat verùm aliâ viâ.*
S. *Fiat : quæratur aliud, sed illud, quod tibi*
h *Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,*
*Id nunc reddendum est illi : neque tu scilicet*
*Eò nunc confugies: quid mea? num mihi datum est?*
*Num jussi? num ille oppignorare filiam*
*Meam me invito potuit? verum illud Chreme*
*Dicunt,* IVS *summum sæpè summa* * *malitia est?*
CH. *Haud faciam.* S. *imò aliis licet, tibi non licet.*
*Omnes in lautâ te & benè auctâ parte putant.*
CH. k *Quin egomet jam ad eam deferam.* S. *immò filium*
*Iube potius.* C. *quam ob rem?* S. *quia enim in eum suspicio est*
*Translata amoris.* CH. *quid tum?* S. *quia videbitur*
*Magis verisimile id esse, cùm hic illi dabit?*
*Et simul* l *conficiam facilius ego, quod volo.*
*Ipse adeò adest; abi: effer argentum.* CH. *efferd.*

ACTVS IIII. SCENA V.

Arg. Irascitur Clitipho, à Syro placatur, eidem præscribente, quibus uti mox debeat verbis & oratione apud patrem, pro amica ab illo argentum accepturus.

*Iambici senarii.*

CLITIPHO, SYRVS.

CL. NVlla est tam facilis res, quin difficilis sit,
Quam invitus facias: vel me hæc deambulatio,
Quàm non laboriosa, ad languorem dedit?
Nec quid quàm magis nunc metuo, quàm ne denuò
Miser aliquò extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.
a *Vt te omnes equidem dii, Deæque, quantum est, Syre,*
*Cum tuo isto invento, cumque incepto perduint.*
* *Hujusmodi mihi res semper comminiscere,*
*Vbi me* * *excarnifices.* S. *I tu hinc quò dignus es;*
*Quàm penè tua me perdidit proteruitas!*
CL. *Vellè herclè factū:* b *ita meritus.* S. *meritus? quo modo?*
*Nè me istuc ex te priùs audisse gaudeo,*
*Quàm argentum haberes, quod daturus jam fui.*
CL. *Quid igitur dicam tibi vis? abiisti. mihi*
*Amicam adduxti, quam non liceat tangere.*
S. *Iam non sum iratus: sed scin' ubi nunc sit tibi*

*Tua*

h Mirâ arte argento emungit senem.
i Solvit rationes objiciendas.
* Alias, injuria.
k Persuasus Chremes argentum exhibet.
l Conficiam pro efficiam, verba celeritatem indicantia.
a Imprecatio nimium inconsiderati amantis.
* Bembus hujus mihi.
* Terribiliter pronunciandum.
b Ingens amantis ardor.

*Tua Bacchis?* CL. *apud nos.* SY. *non.* C. *ubi ergo?* S. *apud Cliniã.*
C. *Perii.* S. *bono animo es: jam argentum ad eam deferes,*
*Quod ei es pollicitus.* C. *garris, unde id?* S. *à tuo patre.*
C. *Ludis fortaſsè me.* S. *ipſa re experibere.*
C. *Næ ego fortunatus homo ſum: deamo te Syre.*
S. *Sed pater egreditur, cave quid tuam admiratus ſis,*
*Quâ causâ id fiat: obſecundato in loco;*
*Quod imperabit, facito: loquitor paucula.*

## ACTVS IV. SCENA VI.

Arg. Chremes argentum adfert, quod det Clitiphoni: ad poſtremum queritur de ſumptu faciendo filiæ causa.

*Eiuſdem generis.*

### CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

*VBi Clitipho nunc eſt?* S. *eccum me, inquc.* C. *eccum hîc tibi.*
CH. *Quid rei eſſet, dixti huic?* S. [a] *dixi pleraq; omnia.*
CH. *Cape hoc argentum; ac defer.* S. *hei, quid ſtas, lapis?*
*Quin accipis?* C. *cedo ſanè.* S. *ſequere hac me otyus:*
*Tu hic nos, dum eximus, interea operibere:*
*Nam nihil eſt illic, quòd moremur diutius,*
CH. [b] *Minas quidem jam decem habet à me filia:*
*Quas pro alimentis eſſe nunc duco datas,*
*Haſce ornamentis conſequentur alteræ.*
*Porrò hæc talenta dotis appoſitent duo.*
*Quàm multa injuſta ac prava fiunt moribus!*
*Mihi nunc, relictis rebus, inveniendus eſt*
*Aliquis, labore inventa mea cui dem bona.*

a Audacia & arrogantia ſervi herili filio heroque ipſi imperantis.

b Tenax conqueritur de damno per filiam facto.

## ACTVS IV. SCENA VII.

Arg. Jucundum habet errorem Chremetis: qui Menedemum falli putat, dum ipſe fallitur.

*Eiuſdem generis.*

### MENEDEMVS, CHREMES.

*MVltò omnium nunc me fortunatiſſimum*
*Factum puto eſſe gnate, cùm te intelligo*
*Reſipiſſe.* CH. *ut erat!* M. *teipſum quærebam Chreme;*
*Serva, quod in te eſt, filium, & me, & familiam.*
C. *Cedo, quid vis faciam?* M. *inveniſti hodiè filiam?*
C. *Quid tum?* M. *hanc uxorem ſibi dari volt Clinia.*
C. [b] *Quæſo, quid tu hominis es?* M. *Quid?* C. *jámne obli-*
*Inter nos quid ſit dictum de fallaciâ,*

a Sẽſim peragit, quò palam fiat erraſſe Chremetem, ut in epitaſi fabulæ omnia ſervuli conſilia fallant.

b Objurgatorium eſt

tus es,

*Vt eâ vid abs te argentum auferretur? M. scio.*
*C. Ea res nunc agitur ipsa. M. quid dix'ti Chreme?*
*C. Erravi: sic res acta est. M. quantâ de spe decidi?*
*C. Immo hæc quidem, quæ apud te est, Clitiphonis est*
*Amica. M. ita aiunt. C. & tu credis? M.* [c] *omnia.*
*C. Et illum aiunt velle uxorem, ut, cum desponderim,*
*Des qui aurum, ac vestem, atq; alia, quæ opus sunt comparet:*
*M. Id est profectò: id amicæ dabitur. C.* [d] *scilicet*
*Daturum. M. ah frustra igitur sum gavisus miser.*
*Quidvis tamen jam malo, quàm hunc amittere.*
*Quid nunc renunciem abs te responsum Chreme,*
*Ne sentiat me sensisse, atq; ægre ferat?*
*C. Ægrè?* [e] *nimium illi Menedeme indulges. M. sive*
*Inceptum est: perfice hoc mihi perpetuum Chreme.*
*C. Dic convenisse, egisse te de puptys.*
*M. Dicam, quid deinde? C.* [f] *me facturum esse omnia,*
*Generum placere: postremò etiam, si voles,*
*Desponsam quoque esse dicito. M. bem, istuc volveram.*
*C. Tantò ocyùs te ut poscat, & tu id quod cupis.*
*Quàm ocyssimè ut des. M. cupio. C. nè tu propediem.*
*Vt istam rem video, istius obstaturabere.*
*Sed hæc ut ut sunt, cautim, & paulatim dabis.*
*Si sapies. M. faciam. C. abi intrò: vide quid postulent:*
*Ego domi ero si quid me voles. M. sanè volo:*
*Nam te scientem faciam, quicquid egero.*

e Credit se intelligere fallaciam.

d Vide Nannij Miscel. lib. 11.

e Corripit patrem de nimia indulgentia.

f Hoc mirificè placebit Cliniæ.

## ACTVS VI. SCENA I.

*Arg.* Ad exitum jam properante Comœdia Syri fallacia detegitur ut Cliniæ nubat Antiphila. Bacchidem Clitiphonis esse amicam Menedemus ostendit.

*Trochaici, octonarij, & iambici senarij.*

MENEDEMVS. CHREMES.

M. [a] EGo me non tam astutũ nec ita perspicax esse id scio:
*Sed hic adjutor meus, & monitor, & prænosceatur,*
*Chremes,*
*Hoc mihi præstat: in me quidvis harum rerum caveris.*
*Quæ sunt* [b] *dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus:*
*In illum nil potest: nam ex superet ejus stultitia omnia hæc.*
*C. Obe, jam desine deos (uxor) gratulando obtundere,*

a Facetum exordium stultitiam Chremetis declaraturũ. b Convitia in stultum.

Tuam

*Tuum esse inventam gnatam, nisi illos tuo ex ingenio judicas.*
*Vt nil credas intelligere, nisi idem* [c] *dictum est centies:*
*Sed quid jamdudum interim illic gnatus cessat cum Syro?*
M. *Quos ais homines Chreme cessare?* C. *hem,* [d] *Menedeme advenis?*
*Dic mihi, Clinia, quæ dixi, nuncias tin'?* M. *omnia.*
C. *Quid ait?* M. *gaudere adeò cœpit, quasi qui cupiunt nuptias.*
C. [e] *Ha, ha, hæ.* M. *quid risisti? servi venêre in mentem Syri*
*Call dirates.* M. *itane?* C. *voltus quoq; hominum* [f] *fingit scelus.*
M. *Gnatum quod se assimulat lætum, id dicis?* C. *id.* M. *idem istuc mihi*
*Venit in mentem.* C. [g] *veterator.* M. *magis, si magis nôris, putes*
*Ita rem esse.* C. *ain' tu?* M. *quin tu ausculta.* C. *mane: prius*
*hoc scire expeto,*
*Quid perdideris: nam ubi desponsam nunciâsti filio,*
*Continuò ei jecisse verba Dromonem, scilicet,*
[h] *Sponsæ vestem, aurum, atq; ancillas, opus esse argentum ut darem.*
M. *Non.* C. *quid non?* C. *non inquam.* C. *nè, ipse gnatus?* M. *nil prorsus Chreme,*
*Magis unum etiam instare, ut hodie conficerentur nuptiæ.*
C. *Mira narras, quid Syr*[o] *meus? ne is quidè quidquã?* M. *nihil.*
C. *Quamobrem?* M. *nescio equidem: sed te miror,* [i] *qui alia tam plane scias.*
*Sed tuum ille quoque Syrus itidem mirè finxit filium,*
*Vt ne parulum quidem suboleat amicam esse hanc Cliniæ.*
C. *Quid ais?* M. [k] *mitto jam osculari, at q. amplexari: id nil puto*
C. *Quid est, quod amplius simuletur?* M. *vah.* C. *quid est?* M. *audi modò:*
[l] *Est mihi ultimis conclave in ædibus quoddam retrò:*
*Huc est intrò latus* [m] *lectus, vestimentis stratus est.*
C. *Quid postquam hoc est factum?* M. *dictum factum, huc abyit Clitipho.*
C. *Solas?* M. *solus.* C. *timet.* M. *Bacchis consecuta est illicò.*
C. *Sola?* M. *sola.* C. *peri.* M. *ubi abiere intro, operuere ostium.* C. *hæ*
*Clinia hæc fieri videbat?* M. *quid ni? una mecum simul.*
C. *Filz est amica Bacchis Menedeme: occidi.*

c Ingenium Sostratæ lapidum notat.
d Gaudium de adventu senis.
e Interjectio profusi chachinni.
f Metaphora a figulis.
g Veterator qui vetus est in astutia.
h Plaut. Trin. puero opus est cibum.
i Pacuvius deceptum Ironia.
k Occupatio.
l Aperit fallaciam.
m Lectos olim fuisse exempeiles, & potuisse atque alio alio deportari probat & etiam ex Hom. Natal. Miscel. lib. 11.
n Argumentum quàm amore libe-

m Honesta in re turpi insultatio in senem.

M. Quamobrem? C. [m] decem dierum vix mihi est familia.
M. Quid? istuc times, quòd operam amico ille dat suo?
C. Immò quòd amica. M. si dat. C. an dubium id tibi est?
Quenquàmne animo tam cómi esse, aut leni putas,

n Honesta malitia.

[n] Qui se videnti amicam patiatur suam? M. ha, ha, he.
Quidni? quò verba facilius dentur mihi.

o Chremes indignatur in se ipsum.

C. Derides? meritò mihi nunc [o] ego succenseo.
Quot res dedêre, ubi possem persentiscere,
Ni essem lapis? quæ vidi? væ misero mihi.
At ne illud haud inultum, si vivo, ferent:

p Amicus meus iratus familiaris.

[p] Nam jam. M. non tu te cohibes? non respicis?
Non tibi ego exempli satis sum? C. præ iracundiâ
Menedeme, non sum apud me. M. tene istuc loquis?
Nonne id flagitium est, te aliis consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier?
C. Quid faciam? M. id quod [q] fecisse aiebas parùm.

q Recolit ac petonquet consilium datum.

Fac, te esse patrem sentiat, fac ut audeat
Tibi credere omnia, abs te petere, & poscere,
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat.
C. Immò abeat potius multò quovis gentium,

r Verba rigidi patris.

Quàm hîc [r] per flagitium ad inopiam redigat patrem:
Nam si illi pergo suppeditare sumptibus,
Menedeme, mihi illàc verè ad nostros res redit.
M. Quot incommoda tibi in hac re capies, nisi cavet?
Difficilem ostendis te esse, & ignoscès tamen
Post, & id ingratum. C. ah, nescis quàm doleam. M. ut lubet.
Quid hoc, quod volo, ut illa nubat nostro? nisi quid est,
Quod malis. C. immo & gener, & affines placent.
M. Quid dotis dicam te dixisse filio?

s Tacemus consilia, reticemus dolores, obticemus quorum nos pudet.

Quid [s] obticuisti? C. dotis? M. ita dico. C. ah. M. Chreme,
Nequid vereare: si est minus, nil dus movet.
C. Duo talenta pro re nostrâ ego esse decrevi satis:
Sed ita dictu opus est, si me vis salvom esse, & rem, & filium,
Me mea omnia bona dotis dixisse illi. M. quam rem agis?

t Consilium Chremetis perturbati.

C. [t] Id mirari te simulato, & illum rogitato simul, (sic.
Quamobrem id faciâ. M. Quin ego verò, quamobrem id facias, ne-
C. Egon sinit illius animum, qui nunc luxuriâ & lasciviâ

Diffluit,

*Dissuit, recludam, rediam, ut quò se vertat, nesciat.*
*M. Quid agis? C. mitte: ac sine me in hac re gerere mihi mo-*
*(rem M. Sina:*
*Itane vis? C. ita M. fiat. C. ego jam, ut uxorem accersat, paret*
*Se, hic ita, ut liberos est æquum, dictis confutabitur.*
*Sed Syrum. M. quid eum? C. egone? si vivo, x adeò exornatum*
*Adeò decpexum, ut, dum vivat, meminerit semper mei, (dabo,*
*Qui sibi me p o ridiculo, ac delectamento putat.*
*Non (ita me dii ament) y auderet facere hæc vidua mulieri,*
*Quæ in me fecit.*

x Concepto irata contra pertinacem.
x Novum periculum Clitiphonis, ne morus illi superiores repentè consilescant.
y Provocat.

## ACTVS V. SCENA II.

Arg. Clitiphonem filiũ objurgat propter amicam pater: Idq; adeò fit, ut sic admonitus redeat in viam, & Bacchide relicta, uxorem ducat. Continet hæc scena & callidum Syri consilium, quæ catastrophen, id est, exitum eventumque negotii machinatur.

*Trochaici & Iambici octonarii.*

CLITIPHO, MENEDEMVS, CHREMES, SYRVS.

C. [a] *ITane tandem quæso est Menedeme, ut pater*
*Tam in brevi spatio omnem de me exsecerit animũ patris?*
*Quodnam ob facinus? quid ego tantum sceleris admisi miser?*
[b] *Vulgò id faciũt. M. scio tibi esse hæc gravius multò, ac durius*
*Cui sit. Verum ego haud minus ægrè patior id, qui nescio.*
*Nec rationem capio, nisi quòd tibi bene [c] ex animo volo. C. hic*
*Patrẽ adiitare aiebas? M. eccum. CH. quid me incusas Clitipho.*
*Quidquid ego hujus feci, tibi prospexi, & stultitiæ tuæ.*
*Vbi te vidi [d] animo esse omisso, & suavia in præsentiã*
*Quæ essent, prima habere, neq; consulere in longitudinem;*
[e] *Cepi rationem, ut neque egeres, neque ut hæc posses perdere,*
*Vbi, cui decuit primo, tibi non licuit per te mihi dare,*
*Abij ad proximos, tibi qui erant, eis commisi, & credidi.*
*Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho,*
*Victus, vestitus, quò in tectum te recipies. C. hei mihi*
*CH. Satius est, quàm te ipso harede hæc possidere Bacchidem,*
*S. [f] Dispeream: scelestius quantas turbas conovi insciens!*
*C. Emori cupio. CH. priùs quæso dicte, quid sit vivere:*
*Vbi scies, si displicebit vita, tum istoc utitor.*
*S. [g] Here, licetne? CH. loquere. S. at tutò? CH. loquere.*
*S. quæ ista est pravitas,*

a Clitipho relatu Menedemi, se à patre abdicatum credit.
b Ab exemplo vitiosa turbi.
c Benevolentiæ indicium.
d Carpit filium de deliciis.
e A necessario.
f Accusatio sui ipsius, ut ex 56. Transfert culpam omnem in se.

*Quæve est amentia, quod peccavi ego, id obesse huic? C. ilicet;*
*Ne te admisce: nemo accusat Syre te: nec tu aram tibi,*
*Nec precatorem parâris. s. quid agis? CH. nil succenseo,*
*Nec tibi, nec huic: nec vos est æquum, quod facio, mihi*
*s. Abijt, vah, rogasse vellem. CL. quid? s. unde mihi peterē tibū?*
*Ita nos abalienavit, tibi jam esse ad sororem intelligo.*
CL. *Adeon' rem rediisse, ut periculū etiā* h* *fame mihi sit Syre?*
s. *Modo liceat vivere, spes est.* CL. *quæ? s. nos esurituros satis.*
CL. *Irrides in re tantâ neq; me quidquam consilio adjuvas?*
s. *Immò & ibi nunc sum, & usque dudum id egi, dum loquitur*
*pater:* (longiùs.
*Et quantum ego* i *intelligere possum.* CL. *quid? s. non aberit.*
CL. *Quid id ergo? s. sic est, non esse horum tē arbitror.* CL. *quid*
*istuc Syre?*
*Satin' sanus es? s. ego dicam, quod mi in mentem: tu dijudica.*
*Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio,*
*Quæ propior esset* * *te, indulgebant, tibi dabant: nunc filia*
*Postquā est inventa vera inventa est causa, quā te expellerent.*
CL. k *Est verisimile. s. tu ob peccatum hoc esse illum iratum*
*putas?* (filio.
CL. *Non arbitror.* s. *nunc aliud specta.* l MATRES omnes
*In peccato adjutrices, auxilio in paternâ injuriâ*
*Solent esse: id non fit.* CL. *verùm quid ergo nunc faciam Syre?*
s. m *Suspicionem quære ex illis, istam rem profer palam.*
*Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces citò, aut*
*Scibis cujusmodi sis.* CL. *recte suades, faciā.* s. *sat' rectè hoc mihi in*
*Mentem venit: namq; adolescens,* n *quā mi nimā in spē situs eri*
*Tam facillimè boni patris pacem in leges conficiet suas.*
*Et jam baud scio, ame uxorem ducat, ac Syro nil gratia.*
o *Quid autem hoc? senex exit foras: ego fugio. adhuc quid*
*factum est;*
*Miror non jussisse illicò me arripi. Ad Menedemum hinc pergam: eum*
p *Precatorem mihi paro: senū nostro fidei nihil habeo.*

ACTVS V. SCENA III.

Arg. Chremes filij occasione uxorem objurgat & mordacibus dictis impetit, salibusque non illepidis, & maternum animum i
hac Scena ob oculos ponit Terentius.

Iambi

h Extremum miserarum fames.
i Fame, antiquè pro fames. Veteres declinabant fames, hujus famei famē vel fames. Vide Gel. lib. 9. cap. 14.
k Præmimia affectione intercipit sermonem. Callidum Syri consilium, quo catastrophen machinatur.
l Antiquè.
m Facile assentitur.
n Materna in filios indulgentia.
o Callidum Syri consilium.
p Valla Eleg. lib. 1. cap. 26.
* ἀλλ' ἵνα.
i Id est, interpretem.

Iambici octonarij & trochaici, iambicum quaternarium finem.

SOSTRATA, CHREMES.

S. PRofectò, nisi caves tu homo, aliquid gnato conficies mali: Idq́, adeo mirar, quî tam ineptum quidquã potuerit tibi
Venire in mentẽ, mi vir. C. ob, pergin' [b] mulier esse? ullamne ego
Rem unquam volui, quin tu in eã mihi adversatrix fueris Sostrata? at (nescias.
Si rogitem jam, quid est quod peccem, aut quamobrem id faciã,
In quã re nunc tam confidenter restas stulta? S. ego nescio.
C. Immò scis potius quàm quide redcat ad integrũ hæc eadem
S. Ob, iniquus es, qui me tacere de re tantã postules. (oratio.
C. Non postulo: jam loquere, nihilo minus ego hoc faciã tamen.
S. Facies? C. Verum. S. non vides, quantũ mali ex eã re excutes?
Subl tum se suspicatur. C. ain' tu? [c] subditum. S. certè [d] sic erit
Mi vir. C. confitere. S. au, obsecro te, istuc nostris inimicis siet,
Egón' confitear meum non esse filium, qui sit meus?
C. Quid metuis? ne non, cùm velis, [e] convincas esse illum tuũ?
S. Quòd filia est inventa? C. non, sed, quod magis credendũ siet,
Quòd est consimilis moribus,
Facilè convinces ex te natum: nam tui similis est probè:
Nam illi [f] nihil vitij est relictum, quin itidem sit tibi:
Tum præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium.
Sed ipse egreditur, quàm severus! rem cùm videas, censeas,

a Homo per contemptũ, & id cum stomacho pronunciandum.

b Notat mulierum importunitatẽ.

c Repetitio verbi cum stomacho.

d Al. inquam mi vir. Confitere tu tuum non esse, S. au, &c.

e Juridicum verbum.

f Notat uxoris mores esse filij moribus

ACTVS V. SCENA IV.

Arg. Clitipho cum matre colloquens, suos sibi parentes commonstrari cupit: quâ oratione hanc admodum reddit sollicitam. Chremes contumeliosè filium objurgat.

Trochaici octonarij.

CLITIPHO, SOSTRATA, CHREMES.

CL. [a] unquã ullum fuit tempus mater, cùm ego voluptati tibi
Fuerim, dictus filius tuus tuâ voluntate, obsecro
Ejus ut memineris, atq́, inopis nunc te misereſcat mei:
Quod peto, & volo, parentes meos ut commonstres mihi.
S. [b] Obsecro, mi gnate, ne istuc in animum inducas tuum,
Alienũ esse te. CL. sum. S. miseram me, hoccine quæsiti obsecro?
Ita mihi, atq́, [c] hunc sis superstes, ut ex me atq́, hoc natus es.
Et cave posthac, si me amas, unquam istuc verbum ex te audiam. CH. at

a Valebat ad matrem conversum hoc, propterea mater producitur.

b Verba matris consternatæ.

c Jurandi veteres mos parentum.

d Alpenitæ patris.

[b] Asperitas patris.
[c] Consumelioso in abiectissimam quemque.
[f] Praeceptum boni hab.
[g] Contra pho.
[h] Menedemus, solus hæc secum.
[i] Filiam, ut nubat, scicitat Clinia.
[k] Metaphora à repagulo occludendo
[l] Vox deliberantis.

Ego, [d] si me metuis, meres cave in te esse istos sentiam.
C. Quos? CH. si scire vis, [e] ego dicam gerro, iners, ferus, belluo, Ganeo, damnosus: credo, & nostrum te esse credito.
C. Non sunt hæc jam dicta a parente. CH. non si ex capite sis meo Natus, ita ut aiunt Mineruam esse ex Ioue, eâ causâ magis Patiar Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri.
C. Di istæc. CH. nescio [f] Deus: ego quod potero, enitar sedulò, Quæris id, quod habes, parentes: quod abest, non quæris, patri Quo modo obsequare, & seruies quod labore iuuenerit.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet
Dicere hæc præsente verbum turpe: at te id nullo modo.
Facere piguit. C. [g] heu quàm ego nunc totus displiceo mihi, Quàm pudet! nec quod principium inuentam ad placandum scio.

## ACTVS V. SCENA V.

Arg. Menedemi interventu post turbationes tranquilla sunt omnia, volenti dari Clitiphoni uxor Archonidis filia: Syro à Chremete ignoscitur.

*Iambici, & trochaici octonarii.*

MENEDEMVS, CHREMES, CLITIPHO, SOSTRATA.

M. [a] ENimvero Chremes nimis graviter cruciat adolescentulum,
Nimisq; inhumanè, ecco ergò, ut pacem eoneiliem, optumè
Ipsos video. CH. heu, Menedeme, cur non accersi jubes
Filium, & quod dolus dixi, firmas? S. mi vir, te obsecro
Ne facias CL. pater obsecro ut mi ignoscas. M. da veniam, Chreme:
Sine te exorem. CH. egón' mea bona ut dem Bacchidi dono sciens?
Non faciam. M. at id nos non sinemus. CL. si me vivum cupis pater,
Ignosce. S. age, Chreme mi. M. age queso, ne tam [c] obfirmes te Chreme.
CH. Quid istuc? video non licere, ut cœperam, hoc pertendere.
M. Facis, ut te decet. CH. eâ lege hoc adeò faciam, si faciat id,
Quod ego hunc æquum censeo. CL. [l] pater, omnia faciã: impera.
CH. Vxorem ut ducas. CL. pater. CH. nihil audio. M. at me accipio:

Faciet

*Faciet.* CH. *nil etiam audio ipsum.* C. *pergis an dubitas Clitipho?*
CH. *Immò, utrum vult.* M. *faciet omnia, hæc dum incipiunt gravia sunt,*
*Dumque ignores: ubi cognôrit, facilia.* C. *faciam patrem.*
*s. Gnate mi, ego pol dabo puellam lepidam quam tu facile ames,* f Blanda matris suasio.
*Filiam Phanocratæ nostri.* C. *Tu'sne illam virginem,*
*Cæsiam, Sparso ære, adduci nisu? non possum pater.* g Deformis puellæ descriptio.
CH. *Eja, ut elegans est! credas animum ibi esse, s. aliam dabo.*
C. *Quid istuc? quandoquidem ducenda est, egomet habeo propemodum,*
*Quam volo. s. nunc laudo te, gnate. c. Archonidis hujus filiam.*
*s. Perplacet.* C. *pater, hoc nunc restat.* CH. *quid?* C. h *Syro ignoscas volo,* h Syro ignoscitur.
*Quæ mihi causâ fecit.* CH. *fiat, Vos valete & plaudite.*

## ADELPHORVM PERSONÆ, EARVMQVE INTERPRETATIO.

MITIO, senex, ἀπὸ τῆς μίτης & mente & consilio; vel ἀπὸ τοῦ μιτίου unde & μιτιδᾶς, quòd in eo omnia sint mitia, depressa & placida.
DEMEA, senex, ἀπὸ τοῦ δήμου, antiquis homo moribus, & popularis status amans.
HEGIO, senex, ἀπὸ τῆς ἡγεμονίας, à ductu, seu principatu.
ÆSCHINVS, adolescens, ἀπὸ τοῦ αἰσχύνης, à pudore. Vide nú scribi debeat Æschines, quomodo Græcis dicitur.
CTESIPHO, adolescens, τὸ τῆς κτήσεως φῶς, patrimonii splendor.
SOSTRATA, matrona.
PAMPHILA puerpera.
CANTHARA, nutrix, à cantharo, nomen sprtum nutricibus, quæ fere bibulæ sunt.
SYRVS, servus, etiam gentile, à Getis, qui postea Gothi dicti.
DROMO, servus.
SANNIO, leno, à sannis vel potiùs, ἀπὸ τοῦ σανίδος, à pœna, quo valere à jocantibus dicebatur.

*Sequentium hic tantum mentio fit.*

BABYLO, uctiorè Babyla, βαβύλας, furilia. videtur trapezitæ nomen fuisse.

STORAX, vel Scyrax, servus olidus, per antiphrasim, cum styracis odor sit longè optimus.

## M. ANTONII MVRETI IN ADELPHOS TERENTII ARGVMENTVM.

MIstio, & Demea, duo dissimillimo fratres ingenio fuere: ille urbanum vitam secutus est, hic ruralem: ille cælebs vixit, hic uxorem duxit: ille ingenio lenissimo, hic asperrimo: ille rusticum in valentem, hic servum diligentem in suos: ille vitam tranquillam, hic etiam citra iram severe. Erant Demeæ filii duo; ex quibus natu maiorem Æschinum sibi adoptavit Mistio, eumque secum in urbe liberalissimè ingenuissimèque educavit; minorem Ctesiphonem rure secum severè supra modum ac restrictè habuit pater. Æschinus multas meretrices, parte ad omnia condivisse, adamavit: multa convivia celebravit, quæ denique juventus fert, ea omnia non liberè modò sed etiam licenter exercuit. postremo usque eò progressus est, ut virginem pauperculam quidem, sed bonam bonis progenitam, Pamphilam nomine, quam mater Sophrona vidua, sanctè secum, & pudicè ut poterat, educabat, noctu tumultuosum cum incidisset, vim ei adhibuit gravidamque fecit: venit postea ad matrem illius veniam petitum, polliceriique se puellam uxorem ducturum, ea fide datâ, & ignotum est, & tacitum. Ctesipho, cum in urbem interdum venit, ruri se quoque citò fabricæ cuiusdam amore correptus est, totam eius rei famam, ne qua emanaret ad Demeam, in se Æschinus transferebat; tandem cum leno, puella dominus, aiit pecuniam sibi, quanti ea erat, velus in matrimonium dari, aiit se eam alii venditurum minitaretur, adducitur in suspicionem dolositatis eum Ctesipho iam de relinquendâ patriâ cogitaberet cum Æschinus, ut intellectâ, qui nullo non pudore teneretur, neque metu, damnis lenoni per vim ingressus est, & ipsum, & familiam contudit plagis, puellam per vim abreptam tradidit fratri. Spargitur totâ urbe rumor, venit Demea, Mistionem obiurgat; inclamat, testatur deos atque homines, quòd dissolutus, quòd intemperans, quòd vinosus, quòd scorteus, quòd nullius honesti Æschinus esset, omnem in Mistione suo bonæ culpam: Dii gratiam agere, quòd ille saltem, quem ipse rurs haberet, frugi ac temperans esset, rei studeret & famæ, illorum rerum nihil ne cogitaret quidem: tantum distaret inter suum, & fratris disciplinam. Placat hominem quantum in se est, Mistio, iamque se ab eo expediverat, cùm supervenit aliud, quòd maiores etiam tumultus excitaret, raptam ab Æschino sit hospitium, parturiit admatrem Pamphila, quæ quidem Pamphila iterat ad parietem vicina, ut iam è dolore laboraret. quid faceret misera? metuebat Æschini animum, se verò, filiamque suam prodidisse per summam perfidiam,

perfidiam, ac desertas putabat. Quam servulum, qui pauper & servum solus ut poterat alebat, mittit ad Hegionem, puellæ cognatum, jubetque ei rem, ut erat, exponere. Interea audierat Demea, suum quoque Ctesiphonem in raptione affuisse: iamque totum in sermonem, ut aiunt, erat: cum ei Syrus servus vaferrimus mendaciolum adspergit: venisse quidem rure Ctesiphontem sed venisse obiurgatum Æschinum, multa ei modeste mala dixisse, deinde rediisse rus in præfecturam suam, lacrumare gaudia Demea, & gratulari sibi quod unum saltem haberet, in quo exstaret paterna severnatis exemplum; dum rus redit, meidit in Hegionem, à quo de constuprata per vim ab Æschino Pamphila intelligit: denuò commotus, dum fratrem, ut in eum iram evomeret quæri, obviam habuit mercenarium à villa, ex quo scisciatur de filio, accipit, non esse rure: redit ad Syrum, à quo ei rursus novum mendacium, volus offa in os, ne loquatur, objicitur. quærit, ubi fratrem reperire possit: id vero ita audita vel Syrus, ut infelix senex, duplo illius verbis fidem habet, nequidquam omnia ædium perreptaverit: interea Micio omnium ab Hegione certior factus, ipsemet ad mulieres projectus, jacentes iam & afflictas erexerat, lubentes & dubias confirmaverat, tristitia ac mœrore consectas recreaverat, polliciturus, se Æschinum Pamphilam uxorem daturum: venit Demea, clamor, jurgium, convicia; etiam ea præsente, servulus quidam Ctesiphontem per imprudentiam nominat. ille cum subito per vim in ædes irruisset, quærit iam prædem putabat rure fodere, aut arare, aut aliquid ferre: denique cum accubantem cum amica, & suaviter potantem deprehendit. ibi verò tanta tragœdia incitatur, ut arderet. fatis diu vociferatus cum esset, tandem placida & composita Micionis oratione, eò perducitur, ut deposita vetere severitate, benignum, affabilem, lepidum esse moditus. Ille ipse non patiebatur tantum, sed etiam jubebat, pauperem damnum tragœdiæ sarcire; sumit quippiam, lenonis numeratur argentum, Micia ipsa Sostratam ducit uxorem: Hegioni datur unde vivat: Syrus unà cum Phrygia uxore manumittitur. cum Micio cæteræque omnes, sed tantum præcipuè Micio illam tantam tam insperatam, tam subitam mutationem admirantur. Gravis & concepta oratione claudit fabulam Demea: se omnia profundere, si in omni libidine ac nequitia vivere, si totam rem baliatione, sectationibus, largitionibus consumere libeat, nihilo id sua magis, aliquanto etiam minus, quam sibi minus aut in superesse, quam alio rum interesse: sin corrigi se in loco, & modicè coerceri atque admoneri velit, cum esse se, qui id præstare possit. permittuntur ei omnia, ita fabula concluditur.

C. SVL-

# C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

DVos cum haberet Demea adolescentulos,
Dat Micioni fratri adoptandum Æschinum:
Sed Ctesiphonem retinet. hunc citharistriæ
Lepore capruq; sub duro ac tristi patre,
Frater celabat Æschinus; famam quoque
Amoris in se transferebat, denique
Fidicinam lenoni eripuit. Vitiaverat
Idem Æschinus civem Atticam pauperculam;
Fidémque dederat, hanc sibi uxorem fore.
Demea furgare, & graviter ferre, mox tamen,
Vt veritas patefacta est, ducit Æschinus
Virginem, potitur Ctesipho citharistriam,
Emorato sup patre duro Demeâ.

# ADELPHOS TERENTII.

ACTA LVDIS FVNEBRIBVS. L. ÆMILII PAVLI. Q. FABIO MAXIMO. P. CORNELIO AFRICANO ÆD. CVR. EGERE L. ATILIIVS PRÆNESTINVS, MINVTIVS PROTIMVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVD. TIBIIS SARRANIS FACTA E GRÆCA MENANDRI, L. ANICIO. M. CORNELIO COSS.

## PROLOGVS.

Præfatio. POstquam [a] poëta sensit scripturam suam
Ab iniquis observari, & adversarios
Rapere in pejorem partem, quam acturi sumus;
Iudicio de se ipse erit: vos eritis judices,
Laudine an vitio duci id factum oporteat.
Diphilus per vim comi. fuit. Synapothnescontes [b] Diphili comœdia est,
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
In Græcâ adolescens est, qui lenoni eripit

*Meretricem, in primâ fabulâ eum Plautus locum*
*Reliquit integrum: eum hic locum sumpsit sibi*
*In Adelphos, verbum de verbo expressum* [b] *extulit.*
*Eam nos abfuvi sumus novam: pernoscite,*
*Furtúmne factum existimetis, an locum*
*Reprehensum, qui præterita negligentiâ est.*
[c] *Nam quòd isti dicunt malevoli, homines nobiles*
*Eum adjutare, assiduéque unà scribere,*
*Quod illi maledictum vehemens existimant,*
[d] *Eam laudem hic dutit maximam, cùm illis placet,*
*Qui vobis universis, & populo placent;*
[e] *Quorum operâ in bello, in otio, in negotio,*
*Suo quisque tempore usus est sine superbiâ.*
*Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ:*
*Senes qui primi venient, hi partem aperient,*
*In agendo partem ostendent, facite, æquanimitas*
*Poëtæ ad scribendum augeat industriam.*

b Græca M. ad verbum stilo ornavit.

c Alia defensio.

d Inversio.

e Laus ab humanitate.

## ACTVS I. SCENA I.

Arg. Admodum est sollicitus Mitio, quòd nondum à cœna redierit filius Æschinus. Ostendit in liberis educandis lenitate, plus quàm asperitate parentes proficere.

*Iambici senarii.*

MITIO, senex.

M. [a] Storax, non rediit hinc nocte à cœnâ Æschinus,
Neque servulorum quisquam, qui adversum ierunt?
*Profectò hoc verè dicunt: si absit usquam,*
*Aut ubi si cesset, evenire ea satius est,*
*Quæ in te uxor dicet, & quæ in animo cogitat*
*Irata, quàm illa, quæ parentes propitii.*
[b] *Vxor, si cesses, aut te amare cogitat,*
*Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi,*
*Et tibi benè esse soli, cùm sibi sit malè.*
*Ego, quia non rediit filius, quæ cogito? &*
*Quibus nunc solicitor rebus? ne aut ille alserit,*
*Aut usquam ceciderit, aut perfregerit*
*Aliquid: vah, quemquamne hominem in animo instituere, aut*
*Parare, quod sit charius, quàm ipse est sibi?*
*Atqui ex me hic non natus est, sed ex fratre, is adeò*

a Mitio hanc narrationem exponit sibi ergo illum venisse, sua causa filia de ea cœna ponit. ironia consilia D. men.

b Orditur autem narrationem collatione qua causas curarum amoris ga filium.

Dissi-

Dissimili studio est, jam inde ab adolescentiâ,
a Mitionis vita clemens & otiosa. Demeæ vita laboriosa & austera.
a Ego hanc clementem vitam urbanam, atq; otium,
Secutus sum: & quod fortunatum isti putant,
Uxorem nunquam habui, ille contrà hæc omnia:
Ruri agere vitam, semper parce, ac duriter
Se habere: uxorem duxit: nati filij
Duo, inde ego hunc majorem adoptavi mihi;
Eduxi à parvulo, habui, amavi pro meo.
In eo me oblecto: solum id est charum mihi,
Ille ut item contra me habeat, facio sedulò:
Do, prætermitto, non necesse habeo omnia
Pro meo jure agere: postremò alij clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
Ea ne me celet, consuefeci filium:
Nam qui mentiri aut fallere insuerit patrem, aut
Audebit, tantò magis audebit cæteros.
b PUDORE, & liberalitate liberos
Retinere satius esse credo, quàm metu.
Hæc fratri mecum non conveniunt, neque placent.
Venit sæpè ad me clamans, c quid agis, Mitio?
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptum suggeris?
Vestitu nimium indulges: nimium mollis es:
Nimium ipse durus est, præter æquum, & bonum.
d ET ERRAT longè, meâ quidem sententiâ,
Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quàm illud quod amicitiâ adjungitur:
Mea est sic oratio, & sic animum induco meum.
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet:
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
Quem beneficio adjungis, ille ex animo facit:
Studet par referre, præsens, absensq; idem erit.
e Hoc patrium est, potiùs consuefacere filium,
Suâ sponte recte facere, quàm alieno metu.
Hoc pater, ac dominus interest; hoc qui nequit,
Fatear nescire imperare liberis.

b Incontinua
c Fratris consilia.
d Retorquet correptionem contra eum inferendo.
e Indulgens affectum stipendium revocat

Sed

*Sed èstne hic ipsus, de quo agebam? & certè ille est:*
*Nescio quid tristem video. Credo jam, ut solet,*
*Iurgabit. Salvom te advenire Demea,*
[h] *Gaudemus.*

[h] Hic scena usus perficitur initio scenæ sequentis.

## ACTVS I. SCENA II.

Arg. Demea Æschinum absentem petulantiæ graviter accusat: excusat eundem Mitio, plus nimio indulgens pater. Hic arcessit de lenem Mitionem, asperum Demeam induci à Terentio.

*Iambici Senarii.*

DEMEA, MITIO.

D.[a] HEm, opportunè: teipsum quærito.
M. Quid tristis es? D. Rogas me, ubi nobis Æschinus
*Siet; quid tristis ego sim? M. dixtin' hoc fore!*
*Quid fecit? D. quid ille fecerit? [b] quem neq; pudet*
*Quidquam; neq; metuit quenquam; neq; legem putat*
*Tenere se ullam: nam illa quæ antehac facta sunt,*
*Omitto: modò quid designavit? M. quidnam id est?*
D.[c] *Fores effregit, aliq; in ædes irruit*
*Alienas: ipsum dominum, atq; omnem familiam*
*Multavit usq; ad mortem: eripuit mulierem,*
*Quam amabat: clamant omnes indignissimè*
*Factum esse. hoc advenienti quot mihi Mitio*
*Dixêre? in ore est omni populo. Denique.*
[d] *Si conferendum exemplum est; non fratrem videt*
*Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?*
*Nullum hujus simile factum, Hæc cùm illi Mitio*
*Dico, tibi dico, tu illum corrumpi sinis.*
M. HOMINE imperito nunquam quidquam injustius,
*Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.*
D. *Quorsum istuc? M.*[e] *quia tu Demea hæc malè judicas.*
*Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum*
*Scortari, ne fores potare, non est, neque fores*
*Effringere. Hæc si neq; ego, neq; tu fecimus,*
*Non sivit egestas facere nos. Tuum nunc tibi*
[f] *Id laudi ducis, quod tum feciſti inopiâ,*
*Injurium est: [g] nam si esset unde id faceret,*
*Faceremus: & tu illum tuum, si esses homo,*
*Sineres nunc facere, dum per ætatem licet.*

[a] Congressus senum, qui velut superiorem Mitionis orationem comprobat & amplificat.
[b] Propositio generalis.
[c] Narratio.
[d] Amplificatio ab exemplo.
[e] Excusatio facta per consultationem.
[f] Id plerumque usu venit.
[g] Dissimulatio callida Mitionis, qua placat fratrem quietatur.

Perius

*Potiùs quàm, ubi te expectatum ejecisset foras,*
*Alieniori ætate post faceret tamen.*
D. [h] *Prò Iupiter, [i] rediges tu homo me ad insaniam.*
*Non est flagitium facere hæc adolescentulum?* M. *ah,*
*Ausculta, ne me obtundas de hac re sæpius.*
*Tuum filium dedisti adoptandum mihi:*
[k] *Is meus est factus: si quid peccet Demea,*
*Mihi peccat: ego illi maximam partem feram.*
[l] *Obsonat, potat, olet unguenta de meo.*
*Amat? dabitur à me argentum, ubi erit commodum;*
*Ubi non erit, fortasse excludetur foras.*
[m] *Fores effregit? restituentur. discidit*
*Vestem? resarcietur. est, diis gratia,*
*Et undè hæc fiant, & adhuc non molesta sunt.*
[n] *Postremò, aut desine, aut cedo quemvis arbitrum?*
*Te plura in hac re peccare ostendam.* D. *hei mihi.*
*Pater esse discе ab aliis, qui verè sciunt.*
M. [o] *Natura tu illi pater es, consiliis ego.*
D. *Tun' consulis, quidquam?* M. *ab, si pergis, abiero.*
D. *Siccine agis?* M. *an ego toties de eadem re audiam?*
D. *Curæ est mihi.* M. *& mihi curæ est: verùm Demea,*
*Curemus æquam uterque partem, tu alterum,*
*Ego item alterum: nam ambos curare, propemodum*
*Reposcere illum est, quem dedisti,* D. *ab, Mitio.*
M. *Mibi sic videtur.* D *quid istuc?* [p] *tibi si istuc placet,*
*Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.*
*Iam si verbum unum posthac.* M. *rursum Demea*
*Irascere?* D. *an non credis? repeton' quem dedi?*
*Ægrè est: alienus non sum: si obsto, hem desino.*
*Vnum vis curem: curo. & est diis gratia,*
*Cùm ita ut volo, est:* [q] *iste tuus ipse sentiet*
*Posteriùs: nolo in illum gravius dicere.*
M. [r] *Nec nihil, neque omnia hæc sunt, quæ dicit: tamen*
*Nonnihil molesta hæc sunt mihi. Sed ostendere*
*Me ægrè pati illi nolui: nam ita est homo,*
*Cùm placo, adversor sedulò, & deterreo:*
[s] *Tamen humanè vix patitur; verùm si augeam,*

h Tragica exclamatio. i Aliis adiges.
k Argumentatio per inductionem. l Varr. lib. 6. de Orig. legit Scortatur, potat, olet unguentum.
m Percultæ brevitas, qua proposita solvuntur.
n Peroratio.
o Plus laudis consilium, quàm natura cõsequitur.
p Concessio ironica.
q Ille per contemptũ. r correctio dissimulationis.
s Argumentum à contrario.

*Aut etiam adjutor sim ejus iracundiæ,*
*Insaniam profectò cum illo: etsi Æschinus*
*Nonnullam in hac re nobis facit injuriam.*
*Quam hic non amavit meretricem? aut cui non dedit*
*Aliquid? postremò nuper (credo jam omnium*
*Tædebat) dixit velle uxorem ducere.*
*Sperabam jam[u] desiisse adolescentiam:*
*[x] Gaudebam. Ecce autem de integro: nisi quicquid est,*
*Volo scire, atque hominem convenire, si aliud forum est.*

[p] Reprehensiones levas.

[u] Alii, desiisse.

[x] Apologetice.

## ACTVS II. SCENA I.

Arg. Senibus omissis, describitur Æschini factum jurgantis cum lenone, nec error est poetæ quòd hic fiant, quæ facta esse Demea dixit, qui fortasse rumore nuncio acceperat fecisse Æschinum, quod facturum ille se minatus fuerat.

*Trochaici & iambici octonarii, & unus quaternarius.*

SANNIO, ÆSCHINVS.

S. [a] *OBsecro populares forte miserò atq; innocenti auxilium:*
*Subvenite inopi. Æ. sciosè, nunc jam illicò hîc consiste*
*Quid respectas? nihil periculi est: nunquam dum ego adero,*
*Hîc te tanget. S. ego istam invitis omnibus.*
*Æ. Quanquam est scelestus, non committet hodiè unquam itetum ut vapulet.*
*S. Æschine audi, ne te dicas fuisse ignarum meorum morum;*
*Ego leno sum. Æ. scio. S. at ita ut usquam fuit fide quisquã optu.*
*Tu quòd te posterius purges, nolle hanc injuriam mihi tuâ*
*Factam esse; [b] hujus non faciã. Crede hoc, ego meis jus persequar.*
*Neq; tu verbis solves unquam quod re mihi malefeceris.*
*Novi ego vostra hæc: nollem factũ, dabitur jusjurandũ esse te*
*[c] Indignũ injuria hâc, indignis cum egomet sim acceptus modis.*
*Æ. [d] Abi præstrenuè, ac fores aperi. S. cæterum hoc nihil facit.*
*Æ. Intro ñãt jam. S. at enim non sinã. Æ. accede illuc Parmeno,*
*Nimium abiisti istoc, hîc propter hunc assiste. bem, sic vola,*
*Cave nunc jam oculos à meis oculis quoquam dimmoveas tuos.*
*Ne mora sit, si immuro, quin pugnus continuò in malâ hæreat,*
*S. Istuc volo ergò ipsum experiri. Æ. hem, serva ne mutire*
*S. [e] O facinus indignum! Æ. geminabit, nisi caves. S. hei misero mihi.*
*Æ. Non immuram. Verùm in istâ parte potiùs peccato tamen:*

[a] Omissis senibus, describitur Æschini factum jurgantis cum lenone, exhibet principii protasis.

[b] Hujus, vel sibulam, vel summum digiti ostendens dicit.

[c] Satisfactiones olim jurabant indignos se eam contumeliam, iotnisse, eaque ea lesum ab eo fama vindicabat. v. Nan. Mise. lib. II.

[d] Ad Parmenonem ejus citatus loquitur.

[e] Exclamatio vapulantis.

I nunc

1. nunc jam. S. quid hoc rei est? regnumne Æschine hic tu possides?
Æ. Si possiderem, ornatus ollis ex tuis virtutibus. (des?
s. Quid tibi rei mecum est? Æ. nihil. s. quid? nullin' qui sim? Æ. non desidero.
s. Tetigin' tui quidquam? Æ. si attigisses, ferres infortunium.
s. Qui tibi magis licet meâ habere, pro quâ ego argentum dedi? Responde. Æ. ante ædes non fecisse[d] erit melius hic comicium.
[e] Nam si molestus pergis esse, jam intro arripiêre, atque ibi
Usque ad necem operiere loris. s. loris liber? Æ. sic erit,
s. O bonam rem impurum! hiccine libertatem aiunt æquam esse omnibus?
Æ. Si satis jam[f] debacchatus es leno, audi si vis nunc jam.
s. Ego' debacchatus sum in te, an tu in me? Æ. mitte ista: atque ad rem redi.
s. Quam rem? quò redeam? Æ. jámne me vis dicere id quod ad te attinet?
s. Cupio[g] modò æqui aliquid. Æ vah. leno iniqua non vult loqui.
s. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium, (qui.
Perjurus, pestis: tamen tibi à me nulla est orta injuria.
Æ. Nam hercle etiam id restat. s. illuc quæso redi, quò cœpisti, Æschine.
Æ. Minâ viginti tu illam emisti, quæ res[h] tibi vertat malè:
Argenti tantum tibi dabitur. s. quid[i] si ego illam nolo vendere?
Coges me? Æ. minimè. s. namque id metui. Æ. neque vendundam censeo.
Quæ libera est: nam ego[k] illam liberali asserò causâ manu;
Nunc vide utrum vis argentum accipere, an causam meditari tuam.
Delibera hoc dum ego redeo, leno. s.[l] pró supreme Iupiter:
Minimè miror, qui insanire occipiunt ex injuriâ.
Domo me eripuit, verberavit: me invito abduxit meam:
Hominem sæpe plus quingentos talophos infregit mihi.
Oh malefici[m] hæc tantidem emptam postulat sibi tradier.
[n] Verùm enim, quando bene promeruit, fiat: suum jus possideat.
Age jam cupio, modò si argentum reddat, sed ego hoc aviolor:
Ubi me dixero dare tanti, testes faciet illicò,
Vendidisse me; de argento somnium: mox, cras redi.

[a] Studentis habet speciem, cum interim graves minas denunciet, Vid. Nan. Miscel. lib. 11.
[e] Commination vehementior.
[f] Superbè contemnit dicta lenonis
[g] Reconciliationem tentat.
[h] Imprecatio.
[i] Stultè negat se venditurum quod perdidit.
[k] Liberalis causa quæ continet affectionem libertatis.
[l] Tragica exclamatio.
[m] Hic miratur insanos conceditur.
[n]

*Id quoq; possum ferre, si modò reddat, quanquam injurium est.*
*Verùm cogito id, quod res est, quando tum quæstum acceperis,*
*Accipiunda & mussitanda injuria adolescentium est.*
*Sed nemo dabit frustra egomet mecum has rationes deputo.*

## ACTUS II. SCENA II.

Arg. Sannio queritur de injuria sibi facta ab Æschino, & Syri consiliis eluditur.

*Iambici octonarii.*

SYRUS, SANNIO.

SY. [a] *TAce, egomet conveniam jam ipsum: cupidè accipiat faxo, atque etiam*
*Benè dicat secum esse actum. quid istuc Sannio est, quod te audio*
*Cum hero nescio quid concertâsse? SA. nunquam vidi iniquiùs*
*Certationem comparatam, quàm quæ hodiè inter nos fuit.*
*Ego vapulando, ille verberando, usque ambo defessi sumus.*
SY. *Tuâ culpâ.* SA. *quid agerem?* SY. *adolescenti morem gestum oportuit.*
SA. *Quid potui melius? qui hodiè usque os præbui.* SY. *age, scis quid loquar?*
PECVNIAM *in loco negligere, maxumũ interdum est lucrum.*
SA. *bui.*
SY. *Metuisti. si nunc de tuo jure concessisses paululum,*
*Atq; adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime,*
*Ne non tibi istúc fœnerarei? SA. ego spem pretio non emo.*
SY. *Nunquam rem facies: abi, nescius* [b] *inescare homines Sannio.*
SA. *Credo istuc melius esse. verùm, ego nunquam adeò astutus fui*
*Quin, quid possem, [c] mallem auferre potiùs in præsentiam.*
SY. *Age, novi tuum animũ quasi quidquã tibi sint viginti minæ*
*Dum huic obsequare: præterea autem te aiunt proficisci Cyprum.* SA. *hem.* (*hoc scio,*
SY. *Coëmisse hinc, quæ illuc veheres, multa: navem conductum,*
*Animus tibi pendet: ubi illinc, spero, redieris, tamen hoc ages.*
A. [d] *Nusquam pedem: perii hercle: hac illi spe hoc inceperunt.*
SY. *timet.*
*Injeci [e] scrupulum homini.* SA. *ô scelera! illuc vide,*
*Ut in ipso articulo oppressit. emptæ mulieres*
*Complures, & item hinc alia, quæ porro Cyprum:*
*Nisi eò ad mercatum veniam, damnum maximum est,*

a Consilio servi, quibus eludit lenonem, eique commodè subjicit statim concertationi, quæ fuit cum Æschine.

b Metaphora ab aucupibus

c Mos avarorum.

d Ἀπροσδόκητος.

e Metaphora à lapillis articulos urgentibus.

*Nunc, si hoc omittam, actum agam, ubi illinc rediero,*
*Nihil est, refrixerit res: nunc demum venis!*
*Cur passus? ubi eras? ut sit satius perdere,*
*Quam aut hic nunc manere tam diu, aut tum persequi.*
SY. *Jámne enumerásti, quod ad te redituram putes?*
SA. *Hoccíne illo dignum est? hoccíne incipere Æschinum?*
*Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet?*
g Metaphora ab arbore resectâ.
SY. g *Labascit, unum hoc habeo; vide si satis placet:*
*Potiùs, quàm venias in periculum Sannio,*
*Serves ne, an perdas totum, dividuum face.*
h Nunc conqueritur de injuriâ, cùm damnum quoque sentit
*Minas decem corradet alicunde.* SA. h *hei mihi,*
*Etiam de sorte nunc venio in dubium miser:*
*Pudet mihi: omnes dentes labefecit mihi,*
*Prætereà colaphis tuber est totum caput.*
*Etiam insuper defraudet! nusquam abeo.* SY. *ut lubet.*
*Nunquid vis, quin abeam?* SA. *immò hercle, hoc quæso, Syre,*
i Divertit se tandem ad preces.
*Ut ut hæc sunt facta, i potiùs, quàm lites sequar,*
*Meum mihi reddatur, saltem quanti empta est, Syre.*
*Scio te non usum antehac amicitiâ meâ:*
*Memorem me dices esse, & gratum.* SY. *sedulò*
k παροξυτὸν *Faciam:* k *sed Ctesiphonem video. lætus est*
*De amicâ.* SA. *quid, quod te oro? s. paulisper mane.*

## ACTUS II. SCENA III.

Arg. Ctesipho fratrem laudat & commendat, agitque gratias absenti pro accepto beneficio. i

*Iambici, Octonarii.*

CTESIPHO, SYRUS.

a Spargitur in personas Æschini factum, idque jam Ctesipho prædicat, nempè ad quem fructus redit
b Summa fratris laudatio.
c. a *Abs quivis homine, cùm est opus, beneficium accipere gaudeas:*
*Verùm enim verò id demum juvat, si quem æquom est benefacere, is facit.*
*O frater, frater, quid ego nunc te laudem? satis certò scio:*
b *Nunquam ita magnificè quidquam dicam, id virtutis quin*
*Superet tua:*
*Itaq́, unâ hanc rem me habere præter alios præcipuâ arbitror,*
*Fratrem hominis neminis esse primarum artium magis principem*
s. *O Ctesipho.* c. *ó Syre, Æschinus ubi est?* s. *eccum, te expectat*
*domi.* c. *hem.*

s Quid

s. *Quid est?* C. *quid sit? illim operâ Syre nunc vivo: festivum caput:*
*Omnia sibi qui* c *posse putaret esse præ meo commodo:*
*Maledicta, famâ, meum amorẽ, & peccatum in se transtulit;*
*Nil potest supra,* d *sed quidnã fores crepuit? s. mane, ipse exit foràs*

c Veri fratris descriptio.
d Acrò legit, quidnam foris crepuit?

ACTUS II. SCENA IV.

Arg. Colloquuntur fratres: agitur de pecuniâ reddendâ lenoni, & parandâ cœnâ.

*Ejusdem generis.*

ÆSCHINUS, SANNIO, CTESIPHO, SYRUS.

AE. *VBi ille est sacrilegus?* SA. *men' quærit: num quidnam effert? occidi:*
*Nil video.* AE. *ehẽ, opportunè, teipsũ quærito: quid sit Ctesphoe?*
*In tuto est omnis res: omitte verò tristitiam tuam.*
C. *Ego illam facile verò omitto, qui quidem te habeam fratrẽ.*
*O mi germane, ah vereor coram in os te laudare amplius.*
b *Ne id assentandi magis, quàm quod habeam gratum, facere existumes.*
AE. *Age inepte, quasi nunc non norimus nos inter nos Ctesiphonem.*
C. *Sed hoc mihi dolet, nos penè serò scîsse, & penè in eum locũ*
*Redîsse, ut, si omnes cuperent, nihil tibi possint auxiliarier.*
C. *Pudebat.* AE. d *ah, stultitia est istæc, non pudor tam ob parvolam* — — — (*beant.*
*Rem penè* e *ex patriâ, turpe dictu. Deos quæso ut istęc prohibe-*
C. *Peccavi.* AE. *quid ait tandem nobis Sannio?* SY. f *jam mitis est.*
AE. *Ego* g *ad forum ibo, ut hunc absolvam: tu intrò ad illam Ctesphonem.*
SA. *Syre intra.* SY. *eamus: namq; hic properat in* h *Cyprum.* SA. *ne tam quidem,*
i *Quamvis etiam maneo otiosus hic.* SY. *redditur, ne time.*
SA. *At ut omne reddat.* SY. *omne reddet: tace modò, ac sequere hâc.* S. *sequor:*
C. *Heus, heus Syre.* SY. *hem, quid est?* C. *obsecro herclè, hominem istum impurissimum*
*Quamprimùm absolvito: ne, si magis irritatus siet,*
*Aliquâ ad patrem hoc permanet, atque ego tunc perpetuò perii.*

a Æschinus servat adversus Lenonem superbiam.
b Assentatores coram laudant.
c Insinuatio beneficii in periculo collati.
d Extenuatio delicti.
e Ex Diphilo videtur expressisse, qui adolescentem facit optantem commori, ut Terent. fugere. Vide Nan. Misc. lib. 2.
f Ex debacchante scilicet & austero.
g Quò solutioni interessent argentarii eamque referrent in rationes, alioqui numerabat argentum Mitio.
h In Cyprum quò amica erat avehenda.
i Inconstanter à lenone dictum.

g Honesta in re turpi Periphrasis.
h Servus magnificè equitur.

s. Non fiet: bono animo esto: tu cum illâ te g intus oblecta interim,
h Et lectulos jube sterni nobis, & parari cætera.
Ego jam transactâ re convertam me domum cum obsonio.
c. Ita quæso: quando hoc benè successit, hilarem hunc sumamus diem.

## ACTUS III. SCENA I.

Arg. Sollicitam inducit Sostratam, ob filiæ, quæ ex Aeschino gravida est, vicinum partum.

*Iambici & trochaici octonarii.*

SOSTRATA, CANTHARA.

a Aliud periculum Aeschini, nam palam fit oppressam ab eo ingenuam, & mulierculæ in metum conjiciuntur propter raptam psaltriam.
b Amatorius affectus.
c Factum laudat ob conditionem nuptiarum.

s. a OBsecro mea tu nutrix, quid nũc fiet? c. quid fiet, rogas? Rectè ĕdepol, spero. s. modò dolores, mea tu, occipiunt primulum.
c. Jam nunc times, quasi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris.
s. Miseram me, neminem habeo, solæ sumus: Geta autem his non adest. (chinum.
Nec habeo quem ad obstetricem mittã, nec qui accersat Æsc. Pol is quidem jam hic aderit: nam nunquam unum intermittit diem,
Quin semper veniat. s. solus b mearum miseriarũ est remediũ.
c Ere natâ melius fieri haud potuit, quàm factum est hera:
c. Oblatum quando vitiũ est, quod ad illum attinet potissimũ,
Talem, tali genere atque animo, natum ex tantâ familiâ.
s. Ita pol est, ut dicis: salvus nobis, Deos quæso, ut siet.

## ACTUS III. SCENA II.

Arg. Geta Sostratæ servulus commotior, Heræ nunciat Aeschinum alio captum amore, puellam eripuisse lenoni.

*Eiusdem generis, inserto quaternario.*

GETA, SOSTRATA, CANTHARA.

a Tragica conquestio servuli de injuriâ Aeschini, viam autem facit a repitasin b Seculum accusat ut à tempore mores carpat.

G. a NUnc illud est, quòd si omnes omnia sua cõsilia cõferãt.
Atq; huic malo salutẽ quærant, auxilij nihil afferant.
Quod mihiq;, heræq;, filiæq; heriũ est: væ misero mihi,
Qui rés repentè circumvallant, unde emergi non potest,
Vis, egestas, injustitia, solitudo, infamia.
b Hoccine seclũ! ó sceleraló genera sacrilega! ó hominẽ impium.
s. Me miseram, quidnam est, quòd sic video timidum & properantem Getam?

G. Quem

G. e *Quę neq; fides, neq; jusjurandum, neq; ulla misericordia*
*Repressit, neque restitit: neque quòd partus instabat propè:*
*Cui miserę indignè per vim vitium obtulerat.* s. *non intelligo*
*Satis, quę loquatur.* c. *propiùs obsecro accedamus Sostrata.* c. *ah*
d *Me miserum, vix sum compos animi: ita ardeo iracundiâ.*
*Nihil est, quod malim, quàm illâ totam familiam mihi obviam*
*Dari, ut irvm hanc in eos evomam omnem, dum ægritudo*
*hæc est recens:*
*Satis mihi id habeam supplicij, dum illos ulciscar modò.*
*Seni animâ primùm extinguerẽ ipsi, qui illud produxit scelus:*
*Tum autem* e *Syrum impulsorem, vah, quibus illum lacerarem*
*modis!*
f *Sublimem medium arriperem, & capite primùm in terram*
*statuerem,*
*Ut cerebro dispergat viam:*
*Adolescenti ipsi oculos eriperem, post hæc præcipitem darem.*
*Cęteros* g *ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerẽ,*
*Sed cessо hoc malo heram impetire properè?* s. *revocemus:*
*Geta.* G. *hem,*
*Quisquis es,* h *sine me.* s. *ego sum Sostrata.* G. *ubi ea est? te-*
*ipsam quærito:*
*Te expecto: oppidò opportunè te obtulisti mihi obviam*
*Hera.* s. *quid est? quid trepidas?* G. *hei mihi.* s. *quid festinas*
*mi Geta?*
*Animum recipe.* G. *prorsùs.* s. *quid istuc prorsùs ergò est?* G. *pe-*
*rimus?*
*Actum est.* s. *eloquere obsecro, quid siet?* G. *jã.* s. *quid jam Geta?*
G. *Æschinus.* s. *quid ergò is?* G. *alienus est à nostrâ familiâ.* s. *hẽ*
*Perij, quare?* G. *amare occepit aliam.* s. *væ mistræ mihi.*
G. k *Neque id occultè fert: à lenone ipsius eripuit palàm.*
s. *Satin' hoc certum est?* G. *certum, hisce oculis egomet vidi*
*Sostrata.* s. l *ah,*
*Me miseram, quid credas jam? aut cui credas? nostrúmne*
*Æschinum,*
*Nostrûm vitam omnium,* m *in quo nostra spes, opesq; omnes*
*sitæ erant,*
*Qui sine* n *hac jurabat se unum nunquam victurum diem,*

c Geta querimoniam persequitur per exaggerationem.
d Cum pondere & stomacho pronunciandâ; nam ira animam impedit.
e Ὑποτύπωσις.
f Cum nutu & gestu pronuncianda.
g R litera canina iram indicat.
h Præ iracundia vix tandem cognoscit heram.
i Interruptus sermo ob indignationem.
k Argumentum magni amoris.
l ἀποσιώπησις amarè flentis.
m Exaggeratio.
n Oratoriè vehementius cupitum postremò posuit.

*Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat patri: ita*
*Obsecraturum, ut liceret sibi hanc uxorem ducere.*

o Frustrà, in metum conjectæ mulieri culæ, ut in fabulâ plusculum esset turbarum.

G. *Hera,* o *lacrumas mitte, ac potiùs, quod ad hanc rem opus*
*porrò est prospice:*
*Patiamúne, an narremus cuipiã?* C. *au, au, mi homo, sanún' es?*
*An hoc proferendum tibi usquam esse videtur?* G. *mihi quidem non placet.*
*Jam primùm, illum alieno animo à nobis esse, res ipsa indicat.*
*Nunc si hoc palàm proferemus, ille inficias ibit, sat scio:*
*Tua fama, & gnatæ vita in dubium veniet. tum si maximè*
*Fateatur, cùm amet aliam, non est utile hanc illi dari.*

p Getæ consilium.

p *Quapropter quoquo pacto tacito est opus, ah, minimè gentiũ:*
*Non faciam.* G. *quid agis?* s. *proferam.* G. *hem, mea Sostrata,*
*vide quam rem agas.*
s. *Pejore res loco esse non potest, quàm in hoc, quo nunc sita est.*
*Primùm indotata est: tum præterea, quę secunda ei dos erat,*
*Perijt, pro virgine dari nuptum non potest: hoc reliquom est,*
*Si inficias ibit testis mecum est annulus, quem amiserat.*
*Postremò, quando ego conscia mi sum, à me culpam hanc procul esse, nec*
*Pretium, neque rem ullam intercessisse, illâ, aut me indignam*
*experiar Geta.*

q Priscian. istic legit.

G. *Quid qui istuc? accedo ut melius dicas.* s. *tu, quantũ potes abi,*
*Atque Hegioni cognato hujus rem omnem narrato ordine.*

r Simulus Sostratæ maritus, pater puellæ vitiatæ ab Aeschino hic est σιμωλ☞.

*Nam ú nostro* r *Simulo fuit summus, & nos coluit maximè.*
G. *Nã hercle alius nemo respicit nos.* s. *propera tu meã Canthara,*
*Curre, obstetricẽ accerse, ut cùm opus sit, ne in morâ nobis siet.*

## ACTUS III, SCENA III.

Arg. Malè est Demeæ, quòd filium Ctesiphonem audiverit unà adfuisse, cum eriperet mulierem Aeschinus.

*Iambici senarii.*

### DEMEA.

a Demea solus hæc secum.

a *Disperij: Ctesiphonem audivi filium*
*Unà affuisse in ratione cum Æschino.*
*Id misero restat mihi mali, si illum potest,*
*Qui alicui rei est, etiam cum ad nequitiam abducere.*
*Ubi ego illum quæram? credo abductum in ganeum*
*Aliquò: persuasit ille impurus, sat scio.*

*Sed*

*Sed eccum ire Syrum video: hinc ſcibo jam, ubi ſtet.*
*Atque hercle hic de gregello eſt: ſi me ſenſerit*
*Eum quæritare, nunquam dicet carnufex.* b Demeæ aſtutia.
b *Non oſtendam me id velle.*

## ACTUS III. SCENA IV.

Arg. Commendatur Cteſipho, vituperantur Mitio & Æſchinus: callide utrumq; Syrus facit. Demea autem narratione virtutum Cteſiphonis plurimum gaudet.

*Ejuſdem generis.*

SYRUS, DEMEA.

S.[a] *OMnem rem modò ſeni,*
*Quo pacto haberet, enarramus ordine,* a Mirè facéto & callido commento eluditur Demea, ne Cteſiphonis peccatum reſciſcat.
*Nil quidquam vidi lætius.* D. *prò Jupiter,*
*Hominis ſtultitiam!* S. *collaudavit filium:*
*Mihi, qui dediſſem conſilium, egit gratias.*
D. *Diſrumpor.* S. *argenti um annumeravit illicò:*
*Dedit præterea in ſumptum* b *dimidium minæ:*
*Id diſtributum ſane eſt ex ſententiâ.* D. *bem,*
*Huic mandes, ſi quid rectè curatum velis.*
S. *Hem Demea haud aſpexeram te: quid agitur?*
D. *Quid agatur? Voſtram nequeo mirari ſatis*
*Rationem.* S. *eſt hercle inepta, ne dicam dolo, atque*
*Abſurda, piſtes cæteros purgà Dromo:*
*Congrum iſtum maxumum in aquâ ſinito ludere*
*Pauliſper: ubi ego venero, exoſſabitur:*
*Priùs nolo.* D. *hæccine flagitia?* S. *mihi quidem non placent:*
*Et clamo ſæpè, ſalſamenta hæc Stephanio*
*Fac* c *macerentur pulchrè.* D. *dii voſtram fidem!* b Antiquè.
*Utrum ſtudióne id ſibi habet, an laudi putat*
*Fore, ſi perdiderit gnatum? væ miſero mihi,*
*Videre videor jam diem illum, cùm hinc egens*
*Profugiet aliquo militatum.* S. *ô Demea,*
*Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt*
*Videre; ſed etiam illa, quæ futura ſunt,*
*Proſpicere.* D. *quid? iſtæc jampenes vos pſaltria eſt?*
S. *Eſtam intus.* D. *eho, an domi eſt habiturus?* S. *credo, ut eſt*
*Dementia.* D. *hæccíne fieri flagitia?* S. *ineptа lenitas*
*Patris, & facilitas prava.* D. *fratris me quidem*

c Macerare, mollire, ſicut triticum Columella macerandum dixit, & gemmas aceto macerari. Plinius, & plærag; alia.

e Pudet, piget, &c. s. nimium inter vos Demea, ac
Non quia ades præsens, adeo hoc, per nimium interest?
Tu, quantus quantus, nihil nisi sapientia es;
Ille futilis somnium fineres verò illum tuum
D. Facere hæc? d finerem illum! aut non sex totis mensibus
Priùs olfeciſſem, quàm ille quidquam cœperit?
s. Vigilantiam tuam tu mihi narras? D. sic fiet
Modò, ut nunc est, quæso. s. ut quisque suum volt esse, ita est.
D. Quid eum? vidistin' hodiè? s. tuumne filium?
(Abigam hunc rus) jamdudum aliquid ruri agere arbitror.
D. Satin' scis ibi eum esse? s. ob, qui egomet produxi. D. optumè
Metui, ne hæreret hic. s. atque ita rem admodum.
D. Quid autem? s. adortus furgio fratrem apud forum
De psaltriâ istâc. D. ain' verò? s. vah, f hilveticuit:
Nam, ut numerabatur jurte argentum, intervenit
Homo de improviſo, cœpit clamare, Æſchine,
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere nostro? D. ob, g lacrumo gaudio.
s. Non tu hoc argentum perdidi, sed vitam tuam.
D. salvos sit: spero, est similis morum suum. s. hui.
D. Syre præceptorum plenus iturum ille. s. Phi,
Domi habuit, unde disceret. D. sit sedulo?
Nil prætermitto: consuefacio: denique
Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium
Jubeo, ATQVE ex aliis sumere exemplum sibi.
Hoc facito. s. rectè sanè. D. hoc fugito. s. callidè.
D. Hoc laudi est. s. istæc res est. D. hoc vitio datur.
s. Probissimè. D. h porro autem. s. non hercle otium est
Nunc mihi auscultandi: pisces ex sententiâ
Natiue sum: hi mihi ne corrumpantur, cautio est:
Nam id nobis, tam flagitium est, quàm illa Demea
Non facere vobis, quæ modò dixi: & quod queo,
Consulo ad eundem istunc i præcipio modum;
Hoc falsum est, hoc acerbum est, hoc lautum est parùm:
Illud rectè, iterum sic memento: sedulò
Moneo, quæ possum pro meâ sapientiâ:
Postremò tanquam in speculum, in patinas (Demea)

Inspicere

c Piget ob damna, pudet ob turpia.

d Senis vigilantia.

e Priſc. lib. 10. Vid. Rivium.

f Laus filii diligentis.

g In profuso gaudio lacrumæ erumpunt.

h Porrò autem, in initio ulterioris orationis interruptæ per Syrum.

i Præcepta Demeæ ad coquinaria usq; deludit.

*Inspicere jubeo: & moneo quid facto usus sit.*
*Inepta hæc esse, nos quæ facimus, sentio:*
*Verùm quid faciam? ut homo est, ita morem geras.* i Gnathonico assentatio.
*Numquid vis?* D. *mentem vobis meliorem dari.*
S. *Tu rus abis hinc?* D. *rectè*, S. *nam quid tu hîc agas,*
*Ubi si quid bene præcipias, nemo obtemperet?*
D.k *Ego verò hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram,* k Causa discedendi, ut fabula confirmetur.
*Rus abiit: illum curo unum: ille ad me attinet.*
*Quando ita vol. frater, de istoc ipse viderit.*
*Sed quis illic est, procul quem video? est ne hic Hegio*
*Tribulis noster? si satis cerno, hercle is est.*
*Vah, homo, amicus nobis jam inde à puero. dii boni,*
*Næ illiusmodi jam magna nobis civium*
*Penuria est; antiquâ homo virtute, ac fide:*
*Haud citò malum quid ortum ex hac sit publicè.*
*Quàm gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias*
*Restare video: vah, vivere etiam nunc lubet.*
*Opperiar hominem hic, ut salutem & colloquar.*

## ACTUS III. SCENA V.

Arg. Hegio docet Sostratæ filiam inique ab Aeschino tractatam, ac tandem vitiatam esse. Id factum nunc Demea narrat.

*Ejusdem generis.*

HEGIO, GETA, DEMEA, PAMPHILA.

H.a PRo dii immortales! *facinus indignum Geta,* a Epitasis palam facit Æschini peccatum.
*Quid narras?* G. *sic est factum.* H. *ex illân' familiâ*
*Tam illiberale facinus esse ortum? ô Æschine,*
*Pol haud paternum istuc dedisti.* D. *videlicet*
*De psaltriâ hâc audivit: id illi nunc dolet*
*Alieno:* b *pater is nihili pendet: hei mihi,* b Pater, Mistio scilicet.
*Utinam hic propè adesset alicubi, atq; audiret hæc.*
H.c *Ni facient quæ illos æquum est, haud sic auferent.* c Civilis, & matura comminatio.
G. *In te spes omnis Hegio nobis sita est:*
*Te solum habemus; tu es patronus, tu parens:*
*Ille tibi moriens nos commendavit senex.*
*Si deseris tu, periimus.* H. *cave dixeris,*
*Nec faciam, neq; me satis pie posse arbitror.*
D. *Adibo. salvere Hegionem plurimùm*
*Jubeo.* H. *oh, te quærebam ipsum: salve Demea.*

D. *Quid*

d Artificiosa expostulatio

D. Quid autem? H. d *major filius tuus Æschinus,*
*Quem fratri adoptandum dedisti, neque boni,*
*Neque liberalis funitus officium est viri.*
D. *Quid istuc?* H. *nostram amicum nôras Simulum,*
*Atque æqualem?* D. *quid ni?* H. *filiam ejus virginem*
*Vitiavit?* D. *hem!* H. *mane, nondum audisti Demea,*
*Quod est gravissimum.* D. *an quidquam est etiam amplius?*

e Collatione amplificat.

H. e *Verò amplius: nam hoc quidem ferundum aliquo modo est:*

f Narratio.

f *Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia:*
*Humanum est. ubi scit factum, ad matrem virginis*
*Venit ipsus ultrò, lacrumans, orans, obsecrans,*
*Fidem dans, juransse illam ductum domum.*
*Ignotum est, tacitum est, creditum est: virgo ex eo*

g Id est, vitio.

g *Compressu gravida facta est, mensis hic decimus est:*

h Conclusio accusationis per Ironiam.

h *Ille bonus vir nobis psaltriam, si Dijs placet,*
*Paravit, quicum vivat, illam deserat.*
D. *Pro certón' tu istæc dicis?* H. *mater virginis*
*In medio est, ipsa virgo, res ipsa: hic Geta*

i Cæsar, ut captus est Germanorum Tus. 11. ut captus est hominum.

*Prætereà, i ut captus est servulorum, non malus,*
*Neque inersi, alit illas, solus omnem familiam*
*Sustentat, hunc abduce. vinci quærerem.*
G. *Imò hercle extorque, nisi ita factum est Demea:*
*Postremò non negabit: coràm ipsum cedo.*
D. *Pudet, nec quid agam, neque quid huic respondeam,*
*Scio.* P. *miseram me, differor doloribus.*

k Pamphila, parturiendo hæc dicit.

k *Juno Lucina fer opem, serva me obsecro.* H. *hem,*
*Numnam illa quæso parturit?* G. *certè Hegio,* H. *hem,*

l Argumentū à conjecturis.

l *Illæc fidem nunc vostram implorat Demea*
*Quod vos jus cogit, id voluntate impetret.*
*Hæc primum ut fiant, deos quæso, ut* m *vobis decet.*
*Sin aliter animus vester est, ego Demea*
*Summâ vi defendam hanc, atque illum mortuum.*

m Græco more Sic. Act. 5. Sce. 8. infra, ita nobis decet.

n Cognatus mihi erat: unà à puerio parvoli
*Sumus educti; unà semper militiæ & domi*

n Causam reddit, cur adversarius futurus sit.

*Fuimus; paupertatem unà pertulimus gravem.*
*Quapropter nitar, faciam, experiar, denique*

o Incrementum.

o *Animam relinquam potiùs, quam illas deseram.*

Quid

*Quid mihi respondes?* D. *fratrem conveniam Hegio:*
*Is quod mihi de hâc re dederit consilium, id sequar.*
HE. *Sed Demea hoc tu facito; cum animo cogites,*
*Quàm vos facillimè agitis, quàm estis maxumè*
*Potentes, dites, fortunati, nobiles;*
*Tam maxumè vos æquo animo æqua noscere*
*Oportet,* n *si vos voltis probari probos.*
D. *Redito, fieri, quæ fieri æquom est, omnia.*
HE. *Decet te facere: Geta dixt me intrò ad Sostratam.*
D. *Non me* o *indicente hæc fiunt: utinam* p *hoc sit modo*
*Defunctum: verùm nimia illæc licentia*
*Profectò evadet in aliquod magnum malum.*
q *Ibo, ac requiram fratrem, ut in eum hæc* r *evomam.*

n Persuasio à laude probitatis.
o Hoc est, non dicente.
p Al. hic.
q Nimis dura compositio est, sed apta irascentis.
r Epiphonema.

## ACTUS III. SCENA VI.

Arg. Hegio Sostratam consolatur & dilemmate consilium suum concludit.

*Senarii iambici.*

HEGIO.

HE. *BOno animo fac sis Sostrata, & istam, quòd potes,*
*Fac consolere. ego Mutionem, si apud forum est,*
*Conveniam, atq; ut res gesta est, narrabo ordine.*
*Si est, ut facturus officium siet suum,*
*Faciat: sin aliter de hâc re ejus sententia est,*
*Respondeat mî, ut quid agam, quamprimùm sciam.*

## ACTUS IV. SCENA I.

Arg. Probi adolescentis ingenium moresque hâc scenâ exprimuntur. Syrus Ctesiphonem instituit, quemadmodum respondere debeat patri: initio scenæ ostendit non rarò contingere, ut filii optent parentum absentiam, si quando solutiùs vivere, & genio indulgere statuerint.

*Iambici octonarii & quaternarii.*

CTESIPHO, SYRUS.

C. *AIn' a patrem hinc abîsse rus?* S. *jamdudum.* C. *dic sodes.* S. *apud (nam quidem,*
*Villâ est, nunc eum maxumè operis aliquid facere credo.* C. *uti-*
*Quod cum salute ejus fiat, ita se defatigârit velim.*
*Ut triduo hoc perpetuo è lecto prorsùs nequeat surgere.*
S. *Ita fiat, & istoc si quid potius est rectiùs.* C. *ita: nam hunc diè*
b *Misere nimis perpetuum, ut cœpi, cupio in lætitiâ degere:*

o Hic compendio ostenditur quidnam sit locuturus.
b Asseveratio comica.

*Et*

*Et illud rus nullâ aliâ causâ tam malè odi, nisi quia*
*Prope est: quod si abesset longiùs,*
*Priùs nox oppressisset illic, quàm huc revorti posset iterum.*
* Solicitudinem paternam notat.
* *Nunc, ubi me illic non videbit, jam huc recurret, sat scio:*
*Regabit me, ubi fuerim: quem ego hodiè toto non vidi die.*
*Quid dicam?* s. *nihilne in mente est?* c. d *nunquam quidquam.* s. *tantò nequior.*
d Bonus adolescens mentiri nescit, nec vult.
*Cliens amicus, hospes nemo est vobis?* c. *sunt: quid posteà?*
s. *Hisce opera ut data sit.* c. *quæ non data sit? non potest fieri.* s. *potest.*
c. *Interdiù: sed si hîc pernocto, causæ quid dicam Syre?*
s. *Vah, quàm vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari,*
*Quin tu otiosus es; ego illius sensum pulchrè calleo.*
e ἐπιβολή.
e *Cum fervet maximè, tã placidũ, quã ovẽ, reddo.* c. *quo modo?*
s. *Laudarier te audit libenter. facio te apud illum Deum:*
*Virtutes narro.* c. *meas?* s. *tuas: homini illicò lacruinæ cadunt,*
*Quasi puero gaudio; bem tibi autem.* c. *quidnam est?* s. f Lupus *in fabulâ.*
f Silentii proverbium.
c. *Paterne est?* s. *ipsus.* c. *Syre, quid agimus?* s. *fuge modò intrò: ego videro.* (*desmas?*
g ἁλεκτρυὼν properanti apta.
c. *Si quid rogabit,* g *nusquam tu me: audisti'n'?* s. *poi'n' ut*

## ACTUS IV. SCENA II.

Arg. Queritur Demea, quòd fratrem non repererit: idem à Syro deluditur, locum in quo sit frater, bifariàm describente.

*Trochaici octonarii.*

DEMEA, CTESIPHO, SYRUS.

D. NÆ ego homo sum infelix, primum fratrem nusquam
a Magis sonoram reddit orationem.
*invenio* a *gentium:*
*Præterea autem, dum illum quæro, à villâ mercenarium*
*Vidi: is filiũ negat esse rure: nec, quid agam, scio.* (*mo bono es.*
c. *Syre.* s. *quid ais?* c. *men' quæris?* s. *verũ.* c. *peris.* s. *quin tu ani-*
b Ridicula querela senis.
D. b *Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo satis decernere:*
*Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis,*
*Primus sentio mala nostra, primus resciscо omnia,*
c Obnunciantur mala, annunciantur bona.
*Primus porrò* c *obnuncio: ægrè solus, si quid sit, fero.*
s. *Riseo hunc: primum ait se scire: is solus nescit omnia.*
D. *Nunc redeo: si fortè frater redierit, viso.* c. *Syre,*
*Obsecro, vide ne ille huc prorsùs se irruat.* s. *etiam taces?*

Ego

*Ego cavebo.* C. *cnunquam herclè hodiè ego istuc committã tibi,*
*Nam me jam in cellã aliquã cũ illâ concludã, id tutissimũ est.*
s. *Age, tamen ego hunc amovebo.* D. *sed eccum sceleratum Syrũ.*
s. d *Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic sit, potest.*
*Scire equidem volo, quot mihi sint domini: quæ hæc est miseria?* D. *quid*
*Ille gannuit? quid volt? quid ais* e *bone vir? est frater domi?*
s. f *Quid malum, bone vir? mihi narras? equidem perij.* D. *quid tibi est?*
s. *Rogitas?* g *Ctesipho me pugnis miserum, & istam psaltriam*
*Usq; occidit.* D. *hem, quid narras?* s. *hẽ, vide, ut discidit labrũ.*
D. *Quam ob rem?* s. *me impulsore hanc emptam esse ait.* D. *non*
*tu eum rus hinc modo*
*Produxe aiebas?* h *factum: verùm post venit insaniens:*
*Nil pepercit: non puduisse verberare hominem senem,*
*Quem ego modò puerum tantillum in manibus gestavi meis?*
D. *Laudo Ctesipho: patrissas: abi, virum te judico.*
s. *Laudas? næ ille continebit postbac, si sapiet, manus.*
D. *Fortiter.* s. i *perquam: quia miseram mulierẽ & me servolũ,*
*Quireferire non audeam, vicit,* k *hui, perfortiter.*
D. *Non potuit meliùs: idẽ sensit quod ego, te esse huic rei caput.*
*Sed estne frater intus?* s. *non est.* D. *ubi illum quæram, cogito.*
s. l *Scio ubi scit, verũ hodiè nũquã mõstrabo.* D. *hẽ, quid ais? sita*
D. *Diminuetur tibi quidem jam cerebrum.* s. *at nomen nescio*
*Illius hominis, sed locum novi ubi sit.* D. *dic ergo locum.*
s. *Nostin' porticũ apud macellũ hanc deorsùm?* D. *quid ni no-*
s. m *Præterito hâc rectâ plateâ sursũ, ubi eò veneris, (verim?*
*Clivos deorsùm versum est (hâc te præcipitato) posteà*
*Est ad hanc manum satellum: ibi angiportum propter est.*
D. *Quonam?* s. *illic, ubi etiam capprificus magna est: nostin'?*
D. *Novi.* s. *hac pergito.*
D. *Id quidem angiportum non est pervium.* s. *verũ herclè. vah,*
n *Censen' hominem me esse? erravi, in porticum rursum redi.*
*Sanè hac multò propiùs ibis, & minor est erratio.*
o *Scin Cratini hujus ditis ædes?* D. *scio.* s. *ubi eas præterieris,*
*Ad sinistram hâc rectâ plateâ; ubi ad Dianæ veneris,*
*Ito ad dextram: priùs quàm ad portum venias, apud ipsũ lacũ*

*Est*

c Diffidentia Ctesiphonis ex Pavore.

d Eluditur Demea ne deprehendat Ctesiphonem.

e Dittologia, nam Demea bonum virum intelligit, sed ironicè, qui sit improbus.

f Sic infelicem & infortunatum.

g Versuta Syri fictio, quâ senem eludit.

h Callida inventio.

i Ironia.

k Cum gestu servili pronunciandum.

l Hoc dicit, ut avidius investiget.

m Perplexa descriptio.

n Callidè mendacem simulando errorem palliat.

o Alia loci descriptio.

*Est pistrilla, & ex adversũ est fabrica, ibi est.* D. *quid ibi facit?*
S. *Lectulos in sole ligneis pedibus faciundos dedit.*
n εἰ μανικῶς. *Ubi poteris vos.* D. n *sanè bene, sed cesso ad eum pergere?*
S. *I sanè: ego te exercebo hodiè, ut dignus es, filicernium.*
*Æschinus odiosè cessat: prandium corrumpitur:*
*Ctesipho autem in amore est totus, ego jam prospiciam mihi:*
*Nam jã adibo, atq; unũ quicquid, quod quidẽ erit bellissimum,*
*Carpam, & cyathos sorbillans, paulatim hunc produci ã diem.*

## ACTUS IV. SCENA III.

Arg. Rogat Mitionem Hegio, ut Sostratam adeat, narraturus illi suspicionem alienati à Pamphilâ Aeschini, ortam esse propter ereptam Ctesiphoni psaltriam.

*Iambici octonarii.*

MITIO, HEGIO.

a Viam sternit ad catastrophen.
b Officium boni viri.
c Injuriosorum mos.

M. a *EGo in hâc re nihil reperio, quam ob rem lauder tantoperè Hegio.*
b *Meum officium facio, quod peccatum à nobis ortũ est, corrige.*
c *Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita pu-*
*Sibi fieri injuriã, ultrò si quam fecere ipsi, expostulant. (tant*
*Et ultrò accusant; id quia nonest à me factum, agis gratias?*
H. *Ah, minimè nunquã te aliter, atq; es, in animũ indũxti meũ.*

d Succinctè de re loquitur, eò quòd ambo intelligebant.

d *Sed quæso, ut unà mecum ad matrem virginis eas Milio,*
*Atque istæc eadem, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri,*
*Suspicionem hanc propter fratrem ejus esse, & illam psaltriã.*
M. *Si ita equõ censes, aut ita opus est facto, eamus.* H. *benè facis:*
*Nam & illi animum jam relevabis, quæ dolore ac miseriâ*
*Tabescit, & tuo officio fueris functus: sed si aliter putas,*
*Egomet narrabo quæ mihi dixti.* M. *immò ego ibo.* H. *benè facis:*

e Omnes infortunati maximè suspicioſi.

e *Omnes quibus res sunt minùs secundæ, magis sunt nescio*
*Suspicioſi ad contumeliam omnia accipiunt magis: (quomodo*
*Propter suam impotentiam, se semper credunt negligi.*
*Quapropter ipsum purgare ipsis corã placabilius est (xumè.*
M. *Et rectè, & verũ dicis.* H. *sequere me ergò hâc intrò.* M. *ma-*

## ACTUS IV. SCENA IV.

Arg. Dolet vehementer Aeschinus in suspicionem venisse se apud Sostratam & Pamphilam, quod amare psaltriam cœperit, quam non sibi, sed fratri ut gratum faceret, ab lenone eripuerat.

*Trochaici & iambici octonarii; trochaicus unus quaternarius abundans syllabo.*

ÆSCHI-

ÆSCHINUS.

AE.[a] Discrucior animi, hoccine de improviso mali mihi objici
Tantum, ut neque quid de me faciam, neque quid
agam certum siet?
Membra metu debilia sunt: animus timore obstupuit: pectore
Consistere nihil consilii quidquam potest. Vah, quo modo
Me ex hâc turbâ expediam? tanta nunc suspicio de me incidit,
Neq; ea immeritò. [b] Sostrata credit, mihi me emisse hanc psal-
Anus indicium id fecit mihi. (triam:
Nam ut hinc forte ea ad obstetricẽ missa erat, ubi eã vidi, illicò,
Accedo, rogito, [c] Pamphila quid agat, jam partus adsiet:
Eóne obstetricẽ accersat? illa exclamat, abi, abi, jam Æschine:
Satis diu verba dedisti: satis ad hoc tua nos frustrata est fides.
Hem, quid istuc obsecro inquam est? [d] valeas, habeas illam, quę
Sensi illicò id illas suspicari: sed me repressi tamen, (placet.
Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palàm.
Nũcquid faciã? dicámne fratris esse hanc? quod minimè est opus
Usquam efferri. age, omitto: fieri potis est, uti ne quà exeat:
Ipsum id metuo uti credant: tot concurrunt verisimilia, (mum.
Egomet ropui: ipse egomet solvi argentũ: ad me abducta est do-
Hæc adeò meâ culpâ fateor fieri: non me hanc rem patri, ut ut
Erat gesta, indicâsse: exorâssem ut eam ducerem domum.
Cessatũ est usq; adhuc: [e] nunc jam porrò Æschine expergiscere
Nunc hoc primum est: ad illas ibo, ut purgẽ me: accedã ad fores.
Perii, horresco semper, ubi pultare hasce occipio fores miser,
Heus, heus: Æschinus ego sum, aperite aliquis actutũ ostium.
Prodit nescio quis, concedam huc.

a Hæc verba repentino nuncio Aeschini animũ perculsum indicant.

b Causa stuporis Aeschini.

c Amatoriæ interrogationes de amicã

d Sic in Andriâ, valeant qui inter nos, &c.

e Exhortatur seipsum.

ACTUS IV. SCENA V.

Arg. Mirè faceto commento novum incutit Æschino metum Pater, ostendens alii viro nupturam Pamphilam. Tandem amoto ludo agere serio incipiens filii animum gaudio explet, futurum promittens, ut illam ipse ducat uxorem.

*Trochaicis octonariis, iambici senarii & octonarii.*

MITIO, AESCHINUS.

M.[a] Tanti dixi, Sostrata,
Facite: ego Æschinum conveniam, ut, quo modo acta
hæc sint, sciat.
Sed quis ostium hoc pultavit? AE. pater herclè est, perii. M. Æschine.

a Catastrophe cœpta est, sed eam priusquam absol-

AE. Quid

vat, mirè faceto cõmento novum metũ Aeschino incutit pater, quod tamen, quia non habet seriam querelam, breviter tractat, & sine tragicis schematibus.

b ἔλλειψις.

c Incipit figmentum vero admistum

d Cum abjectione pronunciandum ut nuptiarum spem adimat.

e ἔλλειψις.

f Tangit Aeschinum.

g Adverbium multarum syllabarum indignationi aptum.

h Servius legit præsentẽ.

i Clam hîc pater obiurgatur, quòd fuerit conscius.

k Donat. legit hinc

l Amatoriè & puerliter.

AE. *Quid huic hîc negotî est?* M. *túne has pepulisti fores?* tacet. *Cur hunc aliquantisper non ludo? melius est:*
*Quandoquidem hoc nunquam mihi ipse voluit credere.*
*Nil mihi respondes?* AE. *non equidem istas, quòd sciam.*
M. *Itane? nam mirabar quid hîc negotî esset tibi.*
*Eruhuit: salva res est.* AE. *dic sodes pater,*
*Tibi verò quid istæc est rei?* M. b *nihil mihi quidem:*
*Amicus quidam me à foro abduxit modò*
*Huc advocatum sibi.* AE. *quid?* M. c *ego dicam tibi.*
*Habitant hîc quædam mulieres pauperculæ:*
*Opinor eas non nôsse te, & certè scio:*
*Neque enim diu huc commigrârunt.* AE. *quid tum postèà?*
M. *Virgo est cum matre.* AE. *perge.* M. d *hæc virgo orba est patre:*
*Hic meus amicus illi genere est proxumus?*
*Huic leges cogunt nubere hanc.* AE. *perÿ.* M. *quid est?*
AE. *Nil, rectè: perge.* M. *is venit, ut secum avehat:*
*Nam habitat Mileti.* AE. *hem, virginem ut secum avehat?*
M. *Sic est.* AE. *Miletum usque obsecro?* M. *ita.* AE. *animo male est.*
e *Quid ipsæ? quid aiunt?* M. *quid istas censes? nihil enim:*
*Commenta mater est, esse* f *ex alio viro*
*Nescio quo puerum natum, neque eum nominat:*
*Priorem esse illum, non oportere hanc dari.*
AE. *Eho, nonne hæc justa tibi videntur postèà?*
M. *Non.* AE. *obsecro non? an illam hinc abducet pater?*
M. *Quid ni illam abducat?* AE. *factum à vobis duriter,*
g *Immisericorditerque, atque etiam, si est pater,*
*Dicendum magis aperte, illiberaliter.*
M. *Quam ob rem?* AE. *rogas me? quid illi tandem credit is*
*Fore animi misero, qui istî consuevit priùs,*
*(Qui infelix, haud scio, an illam miserè nunc amat?*
*Cum hanc sibi videbit præsens* h *præsenti eripi,*
*Abduci ab oculis? facinus indignum pater.*
M. i *Quâ ratione istuc? quis respondit? quis dedit?*
*Cui? quando nupsit? auctor his rebus quis est?*
*Cur duxit alienam?* AE. *an sedere oportuit*
*Domi virginem tam grandem, dum cognatus* k *huc*
*Illinc veniret expectantem?* l *hæc mi pater,*

Te

*Te dicere æquom, & id defendere.*
M. *Ridicule, advorsumne illum causam dicerem,*
*Cui veneram advocatus? sed quid* k *ista Æschine.*
*Nostra? aut quid nobis cum illius? abeamus quid est?*
*Quid lacrumas?* AE. *pater obsecro, ausculta.* M. *Æschine audivi omnia,*
*Et scio: nam amo te: quo magis, quæ agis, curæ sunt mihi.*
AE. *Ita velim me promerentem ames, dum vivas, mi pater.*
*Vt me hoc delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet,*
*Et me tui pudet.* M. l *credo hercle, nam ingenium novi tuum*
*Liberale: sed vereor ne indiligens nimium sies.*
*In quâ civitate tandem te arbitrare vivere?*
*Virginem vitiâsti, quam te jus non fuerat tangere.*
*Fam id peccatum primum magnum, magnum,* m *at humanum tamen.*
*Fecere alii sæpè item boni: at postquam id evenit cedo,*
*Nunquam circumspexti? aut numquid tute prospexti tibi,*
*Quid fieret? qua fieret? si te ipsum mihi puduit dicere:*
*Quæ resciscerem? hæc dum dubitas, menses abierunt decem.*
*Prodidisti & te, & illam miseram, & quantum,* n *quod quidem in te fuit.*
*Quid? credebas dormienti hæc tibi confecturos Deos,*
*Et sine tuâ operâ illum in cubiculum iri deductum domum?*
*Nolim cæterarum rerum te socordem eodem modo.*
*Bono animo es, duces uxorem hanc.* AE. *hem.* M. *bono animo es, inquam.* AE. o *pater,*
*Obsecro num ludis tu nunc me?* M. *ego te? quamobrem?* AE. *nescio.*
p *Nisi quia tam misere hoc esse cupio verum, eò vereor magis.*
M. *Abi domum, ac deos comprecare, ut uxorem accersas; abi.*
AE. *Quid? jamne uxorem?* M. *jam.* AE. *jam?* M. *jam quantum potes.* AE. q *Di me pater,*
*Omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc amo meos.*
M. *Quid quam illam?* AE. *æquè.* M. *perbenignè.* AE. r *quid? ille ubi est Miltesim?*
M. *Abiit, periit, navem ascendit: sed tur cessas?* AE. *abi pater;*
s *Tu potius Deos comprecare; nam tibi eos certò scio,*

k Hæc ultima desperatio cogit Æschinum fateri verum.

l Amica & lenis objurgatio ex arte, a persona, à loco, à facto, à tempore.

m Terentius summa arte inducit Mitionem leniter accusantem, Demeam asperè blandè autem.

n Cicero pro Flacco: Nos men civium Romanorum quantum in ipsis fuit, sustulerunt.

o Mitis & facæta objurgatio.

p Timor ex cupiditate.

q Blanditur patri.

r Adhuc aliquantulum formidat.

s Nam peccatores Deus non exaudit,

*Quò vir melior multò es, quàm ego sum, obtemperaturos magis*
M. *Egò eo intrò, ut, quæ opus sunt, parentur; fac tu, ut dixi, si sapis.*

t Epiphonema, paternæ liberalitatis exaggeratio.
u Bonæ indolis adolescens.

AE. t *Quid hoc negotii? hoc est patrem esse, aut hoc est filiũ esse? Si frater, aut sodalis esset, qui magis morem gereret? u Hic non amandus? hiccine non gestandus in sinu est? hem, Itaq; adeò magnam mihi injecit suâ commoditate curam, Ne fortè imprudens faciam, quod nolit, sciens cavebo. Sed cessо ire intrò, ne mora meis nuptiis egomet siem.*

## ACTUS IV. SCENA VI.

Arg. Demea ambulando fatigatus, de Syro quæritur, quòd non apertè satis commonstraverit locum, ubi frater esset Mitio.

*Iambici senarii.*

DEMEA.

a Anhelans solus hæc secum loquitur
b Aptum seni verbum.

D *Efessus a sum ambulando: ut Syre te cum tuâ Monstratione magnus perdat Jupiter.*
b *Perreptavi usque omne oppidum, ad portum, ad lacum, Quò nemo neque fabrica illic ulla erat, néque fratrem homo Vidisse se aiebat quisquam; nunc verò domi Certum obsidere est usque, donec redierit.*

## ACTUS IV. SCENA VII.

Arg. Demea de vitio virgini oblato, & nuptiis resciscit: is fingitur jam tumultuari, sed postea placatur.

*Ejusdem generis.*

MITIO, DEMEA.

a Demea de nuptiis resciscit, is fingitur jam tumultuari, verum postea placabitur.
b Ironia.

M. a *IBo, illis dicam nullus esse in nobis moram.*
D. *Sed eccum ipsum: te jamdudum quæro Mitio.*
M. *Quidnam?* D *fero alia flagitia ad te ingentia*
b *Boni illius adolescentis.* M. *ecce autem.* D. *nova,*
*Capitalia.* M *eho jam.* D. *nescis qui vir sis?* M. *scio.*
D *Ah stulte, tu de Psaltriâ me somnias*
*Agere: hoc peccatum est in virginem civem.* M *scio.*
D. *Eho scis, & patere?* M. *quid ni patria?* D. *dic mihi,*
*Non clamas? non insanis?* M. *non.* D. *malim quidem,*
*Puer natus est* M. *dii benè vortant.* D. *virgo nihil habet.*
M. *Audivi.* D. *& ducenda indotata est?* M. *scilicet.*
D. *Quid nunc futurum est?* M. *id enim, quod res ipsa fert:*
*Illinc huc transferetur virgo.* D. *ô Jupiter,*
*Istoccine pacto oportet?* M. *quid faciam amplius?*

D. *Quid*

D. *Quid faciás, rogitas? ſi non re ipſa tibi iſtuc dolet:*
*Simulare certè eſt hominis.* M. *quin jam virginem*
*Deſponsi, res compoſita eſt: fiunt nuptiæ:*
*Dempſi metum omnem: hæc magis ſunt hominis.* D. *cæterùm*
*Placet tibi factum, Mitio?* M. *non, ſi queam*
*Mutare: nunc, cum non queo, æquo animo fero.*
ITA *vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris:*
*Si illud, quod eſt maximè opus jactu, non cadit:*
*Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.*
D. c *Corrector? nempe tuâ arte viginti minæ*
*Pro pſaltriâ periêre; quæ, quantum poteſt,*
*Aliquò abjicienda eſt, ſi non pretio, at gratis.*
M. d *Neque eſt, neque illam ſanè ſtudeo vendere.*
D. *Quid igitur facies?* M. *domi erit.* D. *prò divûm fidem.*
*Meretrix & materfamilias erit unà in domo?*
M. *Cur non?* D. *ſanúmne te credis eſſe?* M. *equidem arbitror.*
D. *Ita me dij ament, ut video ego tuam ineptiam,*
*Facturum credo, ut habeas* e *quicum cantites.*
M. *Cur non?* D. *& nova nupta eadem hæc diſcet?* M *ſcilicet.*
D. *Tu intereas* f *reſtim ductans ſaltabis.* M. *probè.*
*Et tu nobiſcum unà, ſi opus ſit.* D. *hei mihi,*
*Non te hæc pudent?* M. *jam verò omitte Demea*
*Tuam iſtanc iracundiam, atque ita, uti decet,*
*Hilarem, ac lubentem fac te in gnati nuptiis.*
*Ego hos conveniam, pòſt huc redeo.* D. g *ò Jupiter,*
*Hancine vitam! boſcine mores! hanc dementiam!*
*Uxor ſine dote veniet: intùs pſaltria eſt:*
*Domus ſumptuoſa: adoleſcens luxu perditus:*
*Senex delirans, ipſa, ſi cupiat, Salus*
*Servare prorsùs non poteſt hanc familiam.*

c Indignationem indicat.

d Non vult Cteſiphonem prodere.

e Id eſt, cum quâ.

f Attende locum recondi-tum.

g Exclamatio in vitam & mores.

## ACTUS V. SCENA I.

Arg. Servorum licentiam in hâc Scenâ Terentius oſtendit. Exit egregiè potus Syrus multum exultans, lautè ſe ac opiparè cænatum eſſe: hunc Demea ob temulentiam impetit, & objurgat.

*Eiuſdem generis.*

SYRUS, DEMEA.

Æ *Depola Syriſce te curâſti molliter,*
*Lutéq; munus adminiſtrâſti tuum.*

a Syrus ebrius Syriſcum ſe nominat.

*Abi: sed postquam intus sum omnium rerum satur,*
b Tarditatem, molliciem & delicias indicat.
b *Prodeambulare huc libitum est.* D. *illud scio, vide*
*Exemplum disciplinæ.* S. *ecce autem hic adest senex*
*Noster, quid sit? quid tu es tristis?* D. *obsecro.*
S. *Ebo jam tu verba fundis hic, sapientia?*
c *Dromothrunois* minantis.
D. c *Tun', si meus esses?* S. *dis quidem esses Demea,*
*Ac tuam rem constabilisses.* D. *exemplum omnibus*
*Curarem, ut esses.* S. *quamobrem? quid feci?* D. *rogas?*
d Importunus Demea pompositis verbis cum ebrio litigat.
d *In ipsâ turbâ, atque in peccato maximo,*
*Quod vix sedatum satis est potâsti scelus,*
*Quasi re bene gestâ.* S. *sanè nollem hunc exitum.*

## ACTUS V. SCENA II.

Arg. Exitu parasiti cujuspiam Ctesipho Demeæ proditur.

*Ejusdem generis.*

### DROMO, SYRUS, DEMEA.

DR. a *Heus Syre, rogat te Ctesipho ut redeas.* S. *abi.*
a Rescisicit Ctesiphonis peccatum. Ea extrema pars est epitasεos.
DE. *Quid Ctesiphonem hic narrat?* S. *nihil.* DE. *ebo carnifex,*
*Est Ctesipho intus?* S. *non est.* DE. *cur hic nominat?*
S. *Est alius quidem parasitaster parvolus:*
*Nostin'?* DE. *jam scibo.* S. *quid agis? quò abis?* DE. *mitte me.*
S. *Noli, inquam.* DE. *non manum abstines malitiosa?*
b Hoc dicens baculo minatur.
*An tibi jam mavis cerebrum* b *dispergam hic?* S. *abijt.*
*Ædepol comessatorem haud sanè commodum,*
*Præsertim Ctesiphoni, quid egonunc agam?*
c Id est, dormiendo exhalem.
*Nisi, dum hæ siescunt turbæ, interea in angulum*
*Aliquò abeam, atque* c *edormiscam hos vini: sic egam.*

## ACTUS V. SCENA III.

Arg. Cognito Ctesiphonis amore Demea exclamat, & Mitionem jurgio adoritur, ut liberorum corruptelam. per quem placatur tandem & Aeschino & Ctesiphoni.

*Ejusdem generis.*

### MITIO, DEMEA.

M. a *Parata à nebu sunt, ita ut dixi, Sostrata,*
a Placatur Demea, tum Aeschino, tum Ctesiphoni.
*Ubi vis: quisquam à me pepulit tam graviter fores?*
D. *Hei mihi quid faciam? quid agã? quid clamem aut querar?*
*O cœlum, ô terra, ô maria Neptuni!* M. * *bem tibi,*
b Miro labore poëta decorum personarum observavit.
*Rescivit omnem rem: id nunc clamat: ilicet:*

*Parata*

*Parata ôtes: ſuccurrendum eſt.* D. *eccum adeſt*
*Communis corruptela noſtrûm liberûm.*
M. *Tandem reprime iracundiam, ac ſi quid te redi.*
D. c *Repreſſi, redij, mitto maledicta omnia:*
*Rem ipſam putemus: dictum inter nos hoc ſuit,*
*Ex te adeò eſt ortum, nè tu curares meum,*
*Neve ego tuum. reſpondi.* M. d *factum eſt, non nego:*
D. e *Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?*
*Cur emis amicam, Mitio: nam qui minùs*
*Mihi idem jus æquom eſt eſſe, quod mecum eſt tibi:*
*Quando ego tuum non curo, ne cura meum.*
M. *Non æquom dicis, non; nam vetus verbum hoc quidem eſt,*
COMMUNIA *eſſe amicorum inter ſe omnia.*
D. *Facete: nunc demùm iſtæc nata oratio eſt.*
M. f *Auſculta paucis, niſi moleſtum eſt, Demea.*
*Principiò, ſi id te mordet, ſumptum filij*
*Quem faciunt, quæſo facito hæc tecum cogites.*
*Tu illos duos olim prò re tollebas tuâ,*
*Quòd ſatis putabas tua bona ambobus fore,*
*Et me tum uxorem credidiſti ſcilicet*
*Ducturum: eandem illam rationem antiquam obtine:*
*Conſerva, quære, parce, fac quamplurimum*
*Illis relinquas: gloriam tu iſtam tibi obtine:*
* g *Mea, quæ præter ſpem evenêre, utantur ſine;*
*De ſumma nihil decedet: quod hinc acceſſerit;*
h *Id de lucro putato eſſe. omnia hæc ſi voles*
*In animo verè cogitare, Demea,*
*Et mihi & tibi, & illis dempſeris moleſtiam.*
D. *Mitto rem;* i *conſuetudinem ipſorum.* M. k *mane:*
*Scio: iſtuc ibam. multa in homine, Demea,*
*Signa inſunt, ex quibus conjectura facilè ſit,*
*Duo cum idem faciunt, ſæpè ut poſſis dicere,*
*Hoc licet impunè facere huic, illi non licet:*
*Non quod diſſimilis res ſit, ſed quòd is, qui facit:*
*Quæ ego eſſe in illis video,* l *ut confidam fore,*
*Ut volumus:* m *video eos ſapere, intelligere, in loco*
*Vereri, inter ſe amare: ſcire eſt liberum*

c Demeæ perſpicax ratiocinatio.
d Crimen.
e Confutatio.
f Avaritiam Demeæ notat.
* Mea utantur antiquè dixit.
g Mitionis liberalitas.
h Ab utili & honeſto.
i *mores.*
k Moralis & blanda correptio.
l Magna de filiis ſpes.
m Laus filiorum à virtutibus.

*Ingenium, atque animum: quovis illos tu die*
*Reducas.* n *at enim metuas, ne ab re sint tamen*
*Omissores paulò: ô noster Demea,*
*Ad omnia alia ætate sapimus rectius:*
o SOLUM *unum hoc vitium adfert senectus hominibus,*
*Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est:*
*Quod illos sat ætas* p *acuet.* D. *nè nimium modò*
*Bonæ tuæ istæ nos rationes, Mitio,*
*Et tuus iste animus æquus subvortat.* M. *tace,*
*Non fiet, mitte jam istæc, da te hodiè mihi,*
q *Exporge frontem.* D. *scilicet, ita tempus fert,*
*Faciundum est: cæterùm rus cras cum filio*
*Cum primâ luce ibo hinc.* M. *immò de nocte censeo,*
*Hodiè modo hilarum fac te.* D. *& istam psaltriam*
*Unà mecum hinc abstraham.* M. *pugnaveris:*
*Eo pacto provsùm illic alligaru filium:*
r *Modò facito, ut illam serves.* D. r *ego istuc videro, atque*
* *Illi favillæ plena, fumi, ac pollinis*
*Coquendo sit faxo, & molendo: præter hæc,*
*Meridie ipso, faciam, ut stipulam colligat:*
*Tam excoctam reddam, atq; atram, quàm carbo est.* M. *placet.*
*Nunc mihi videre sapere, atque equidem filium,*
*Tum etiam si nolit, cogas, cum illâ unà cubet.*
D. *Derides? fortunatus, qui istoc animo sies,*
f *Ego sentio.* M *ah, pergísne?* D. *jam jam desino.*
M. *I ergò intrò, & cui rei est, ei rei hunc sumamus diem.*

## ACTUS V. SCENA IV.

Arg. Demea eùm videat non probari vulgò severitatem in liberos, diversam institutionis viam meditatur, in quâ personâ Terentius indicat mitioribus se favere patribus, sæculi sui moribus hoc magis concedens, quàm quod faciundum esse existimet.

*Trochaici octonarii catalectici.*

### DEMEA.

a *NUnquam ità quisquam benè subductâ ratione ad vitam fuit,*
*Quin res, ætas, usus semper aliquid apportet novi,*
*Aliquid moneat, ut illa, quæ te scire credas, nescias:*
*Et, quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.*

*Quod*

p Oratoriè objicit.

o Avaritia senilis.

p Id est, docebit μετωφορικῶς à cote.

q Mirus ornatus contractæ ad severitatem frontis, cum gestu explicandus.

r Agrestis & aspera cópositio ex arte.

* Illi pro illic.

f ἀποπαυσις.

a Ut apparcat placari Demeam, res in personas spargitur, adéoque ipse producitur solus in scenam. Exordium à gnome traductum est. sequitur deinde narratio.

*Quod mihi evenit nunc. nam ego vitam duram, quam vixi*
*usque adhuc,*
*Prope jam excurso spatio, mitto id quamobrem? reipsâ reperii*
*Facilitate nihil homini esse melius, neque clementiâ: id*
*Esse verum, ex me, atque ex fratre cuivis facile est noscere.*
*Vitam* b *ille suam semper egit in otio, in conviviis,* b Mitionis descriptio.
*Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus:*
*Sibi vixit: sibi sumptum fecit: omnes benedicunt, amant.*
c *Ego ille agrestis, sævus, tristis, parcus, truculentus, tenax,* c Demeæ descriptio.
*Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi? nati filii,*
*Alia cura; porrò autem, illis dum studeo, ut quam plurimum*
*Facerem,* d *contrivi in quærendo vitam, atq; ætatem meam:* d ἀύξημα.
*Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab iis fero,*
*Odium: ille alter sine labore patria potitur commoda:*
e *Illum amant, me fugitant: illi credunt consilia omnia:* e Collatio duorum serum.
*Illum diligunt: apud illum sunt ambo, ego desertus sum:*
*Illum, ut vivat, optant; meam autem mortem expectat scilicet* f Locus à contrariis.
f *Ita eos meo labore eductos maxumo, hic fecit suos*
*Paulò sumptu: miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.* g Contentio color rhetoricus hic est.
g *Age, age, nunc experiamur contra hæc, ecquid ego possiem*
h *Blandè dicere, aut benignè facere, quando eò provocat.* h His verbis conciliatur benevolentia.
*Ego quoque à meis me amari & magni pendi postulo,*
*Si id fit dando, atque obsequendo, non posterior ei feram.*
*Deerit:* i *id meâ minimè refert, qui sum natu maxumus.* i Redit ad ingenium Demeæ.

## ACTUS V. SCENA V.

Arg. Demea absurdè contra ingenium suum blandus esse conatur.

*Iambici senarii.*

### SYRUS, DEMEA.

s. a HEus Demea, rogat frater, ne abeas longius. a Demeæ nova & simulata comitas spargitur in personas.
D. *Quis homo? ô Syre noster, salve, quid fit? quid agitur?*
s. *Recte.* D. b *optumè est, jam nunc hæc tria primùm addidi* b Rustica blandimenta.
*Præter naturam: ô noster, quid fit? quid agitur?*
*Servom haud illiberalem præbes te, & tibi*
*Lubens benè faxim.* s. *gratiam habeo.* D. *atqui Syre*
*Hoc verum est, & ipsâ re experière propediem.*

## ACTUS V. SCENA VI.

Arg. pergit esse commodus Demea, ut instituerat.

*Ejusdem generis.*

GETA. DEMEA.

G. HEra, ego huc ad hos provisò, quàm mox virginem
*Accersunt, sed eccum Demeam, salvos sies.*
D. *Oh, qui vocare? G. Geta. D. Geta, hominem maximi*
*Pretii esse hodiè te judicavi animo meo:*
*Nam is mihi est profectò servus spectatus satis,*
*Cui dominus curæ est, ita ut tibi sensi Geta:*
*Et tibi ob eam rem, si quid usus venerit,*
*Lubens benefaxim: meditor esse affabilis,*
*Et benè a procedit. G. bonus es, cum hæc existimas.*
D. b *Paulatim plebem primulum facio meam.*

a εὐπροχωρεῖ

b Metaphora ab ambitiosis candidatis.

ACTUS V. SCENA VII.

Arg. Nuptiarum more offenditur Æschinus: hunc Demea blandè alloquitur: & maceriam dirui jubet, quâ puerperam traducat.

*Ejusdem generis.*

ÆSCHINUS, DEMEA, SYRUS, GETA.

AE. a OCcidunt me, qui dum nimis sanctas nuptias
*Student facere, in apparando consumunt diem.*
D. b *Quid agitur Æschine? AE. hem pater mi, tu hîc eras?*
D. *Tuus hercle verò & animo, & naturâ pater,*
*Qui te amat plùs quàm oculos hosce, sed cur non domum*
*Uxorem accersis? AE. c cupio: verùm hoc mihi mora est,*
*Tibicina, & hymenæum qui canient. D. ibo,*
*Vin' tu huic seni auscultare? AE. quid? D. missa hæc face,*
*Hymenæum, d turbam, lampadas, tibicinas:*
*Atque hanc in horto maceriem jube dirui*
*Quantum potest: hâc transfer, unam fac domum:*
*Traduc & matrem, & familiam omnem ad nos. AE. placet,*
*Pater lepidissime. D. c euge, jam lepidus vocor,*
*Fratri ædes fient perviæ: turbam domum*
*Adducet, sumptum admittes: multa: quid meâ?*
*Ego lepidus ineo gratiam: jube nunc jam*
*Dimunerari illi Babylo viginti minas.*
*Syre, cessas ire, ac facere. S. quid ago? D. dirue*
*Tu illas, abi, & traduce. G. Dî tibi Demea*
*Bene faxint, cùm te video nostræ familiæ*
*Tam ex animo factum velle. D. dignos arbitror.*

a Amantium affectus exprimitur.

b Hoc comicum & blandum est.

c Omnia de ritu nuptiarum. d Donatus, turbas, prodigus ex avaro.

e Vide senis ingenium, non enim potest se dissimulare, juxta proverbium. Naturam expellas furca, tamen usque recurret.

Tu

*Tu quid ais?* AE. *sic opinor.* D. *multò rectiùs est,*
*Quàm illam puerperam nunc duci huc per viam*
*Ægrotam.* AE. *nihil enim vidi melius, mi pater.*
D. *Sic soleo: sed eccum Mitio egreditur foràs.* f Captiosè & ficte.

## ACTUS V. SCENA VIII.

Arg. Mitioni suadetur, ut uxorem ducat Sostratam: ac vix tandem persuadetur, & non sine risu spectantium Demea præter naturam facilis esse studet.

*Iambici senarii, & octonarii.*

MITIO, DEMEA, ÆSCHINUS.

M. a *I Vbet fratrem ubi is est? tu jubes hoc Demea.*
P. *Ego verò jubeo, & in hac re, & alia omnibus*
*Quàm maxime unam facere nos hanc familiam,*
*Colere, adjuvare, adjungere.* AE. *ita quæso pater.*
M. *Haud aliter censeo.* D. b *immò hercle ita nobis decet.*
*Primùm hujus uxoris est mater.* M. *quid postea?*
D. *Proba, & modesta.* D. *ita aiunt.* D. *natu grandior.*
M. *Scio.* D. *parere jam diu hæc per annos non potest:*
*Nec qui eam respiciat, quisquam est: soli est.* M. c *quam hic rem agit?*
D. *Hanc te æquom est ducere, & te operam, ut fiat dare. (homo,*
M. *Me ducere autem?* D. *tu.* M. *me.* D. *te inquam.* M. *inepte.* D. *si tu sis*
*Hic faciat.* AE. *mi pater.* M. *quid? tu autem æsine huic auscultas?* D. *nihil agis.*
*Fieri aliter non potest.* M. *deliras.* AE. *sine te uxorem mi pater,*
M. *Insanis? aufer.* D. *age, da veniam filio.* M. *satin' sanus es?*
*Ego novus maritus anno demum quinto & sexagesimo*
*Fiam, at ætatem annum decrepitam ducam? idne est ut uxores mihi?*
AE. *Fac; promisi ego illi.* M. *promisti autem? de te largitor puer.*
D. *Age, quid, si quid te majus oret?* M. *quasi hoc non sit maximum*
D. *Age, do veniam.* AE. *ne gravare.* D. *fac promitte.* M. *non omittis?* AE. *non,*
*Nisi te exorem.* M. *ut hæc quidem est.* D. d *age, age,* * *prolixè Mitio*
M. *Et si hoc mihi pravo, inepto, absurdo, atque alieno à vita mea*
*Videatur; si vos tantoperè istuc veltis fiat.* AE. *benè facis:*
*Meritò te amo.* D. *verum quid? quid ego dicam? hæc* * *confit*
*quod volo.*
*Quid nunc, quod restat?* e Hegio cognatus his est proximus,
*Affinis nobis: pauper: benè nos aliquid facere illi decet.*

a Jubet frater, scilicet parietem dirui.
b Insinuatio oratoria latentis persuasionis.
c Nova turba, in quâ mirè declarat facilitatem suam Mitio.
d Prius Age, blandientis, posterius corripientis est.
* Benignè, sic Eunuch. scen. ult. neque prolixius
* Sic interpres in Andriâ legit.
e Hegionis commendatio à personâ.

M. *Quid*

M. *Quid facere?* D. *agelli hic est sub urbe paulum, quod locitas foras;*
*Huic demus, qui fruatur.* M. *paulum id autem?* D. *si multum, tamen*

f Facti necessitatem indicat.

f *Faciendum est, pro patre huic est, bonus est, noster est; rectè*
*Postremò non meum illud verbum facio, quod tu Mitio (datur.*
*Bene & sapienter dixti dudum: vitium commune omnium est.*

g Mitio suo ipsius dicto impetitur.

g QVOD *nimium ad rem in senectâ attenti sumus: hanc maculam nos decet*
*Effugere dictum est verè, & reipsâ fieri oportet Mitio. (pater.*

M. *Quid istuc est? dabitur quidè quâdo hic volt, Æschine* AE. *mi*
D. *Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo.* M. *gau-*

h Proverbium.

D. h *Suo sibi hunc gladio jugulo. (deo.*

## ACTUS V. SCENA IX.

Arg. Servis libertas, filiis dantur uxores, Mitioni narrat Demea, cur tam repentè mores mutaverit: in cujus persona Terentius nobis ridicula prodigalitatis exempla proponit.

*Trochaici octonarii.*

SYRUS, DEMEA, MITIO, ÆSCHINUS.

*Factum est, quod jussi Demea.*

C. *Frugi homo es, a depo. bodiè meâ quidem sententiâ*
*Judico, Syrum fieri æquom liberum.* M. *istunc liberum?* (es:
*Quodnâ ob factũ?* D. *multa. s. b noster Demea, a diepol vir bon*

a Commendatio à diligentiâ suâ.

a *Ego istos vobis usque à pueris curavi ambos sedulò,*
*Docui, monui, benè præcepi semper quæ potui omnia.*

b De die apud Plaut. in Asin.

D. *Res apparet, & quidem hæc porrò, obsonare, cum fide*
*Scortum adducere, apparare* b *de die convivium.*

c Ita deridet ut seriò agere videatur.

*Non mediocris hominis hæc sunt officia. s.* c *ô lepidum caput!*
D. *Postremò hodie in psaltriâ ista emundâ hic adjutor fuit:*
*Hic curavit prodesse æquom est: alii meliores erunt:*

d Denique hic scilicet Æschinus.

d *Denique hic volt fieri.* M. *vin' tu hoc fieri?* AE. *cupio.* M. *siquidè*
*Tu vis, Syre, eho accede huc ad me:* * *liber esto.* SY. *benè facis:*
*Omnibus gratiam habeo, & seorsùm tibi præterea Demea.*

* Manumissio Syri.

D. *Gaudeo.* AE. *& ego. s. credo, utinam hoc perpetuum fiat gaudium, ut*
*Phrygiam uxorem meam unâ mecũ videam liberã.* D. *optumã*

* Hujus, Æschini scilicet.

*Mulierem quidem. s. & quidem nepoti tuo,* * *hujus filio*
*Hodiè primam mammam dedit hæc.* D. c *hercle verò serio:*

c Ironia.

*Siquidem*

*Siquidem prima dedit, haud dubium quin emitti æquom fiet.*
M. *Ob eã rẽ?* D. *ob eã postremò à me argenti ũ, quãti est, sumito.*
S. *Dy tibi, Demea, oro omnes semper omnia optata afferant.*
M. *Syre, processisti hodiè pulchrè.* D. *siquidem porrò Mitio,*
*Tu tuum officium facies, atq; huic aliquid paululũ præ manu*
*Dederis, unde* f *utatur, reddet tibi citò.* M. *istoc vilius.*
AE. *Frugi homo est.* SY. *reddam herclè, da modò.* AE. *age pater.* M. *pòst consulam.*
D. *Faciet.* S. g *ô vir optime.* AE. *ô pater mi festiviſſime.*
M. *Quid istuc? quæ res tam repentè mores mutavit tuos?*
*Quod proluvium? quæ istæc subita est largitas?* D. h *dicã tibi;*
*Vt id ostenderem, quòd te isti facilem & festivum putant,*
*Id non fieri ex verâ vitâ, neque adeò ex æquo & bono,*
i *Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo, Mitio.*
k *Nunc adeò si ob eam rem vobis mea vita inviſa est Æschine,*
l *Quia non justa injuſta, prorsùs omnia omninò obsequor,*
*Missa facio: effundite, emittite, facite quod vobis lubet.*
*Sed si id voltis potius, quæ vos propter adolescentiam*
*Minùs videtis, magis impensè cupitis, consulitis parùm,*
*Hæc reprehendere & corrigere me,* * *obsecundare in loco,*
*Ecce me, qui id faciam vobis.* AE. m *tibi pater permittimus:*
*Plus scis, quid facto opus est, sed de fratre quid fiet?* D. *sino,*
*Habeat, finem in istac faciat.* AE. *istuc rectè. Plaudite.*

f Id est, vivat.
g Blandimenta.
h Redit Demea ad ingenium.
i Mores, & vitam assentatoriam.
k Apostrophe ad filios.
l Oblatio patris.
* Donatus secundare.
m Obsequentia filii.

HECYRAM in suum, id est, in ultimum locum rejiciemus.

## PHORMIONIS PERSONÆ EARUMQUE INTERPRETATIO.

PHORMIO, parasitus, ἀπὸ τῆς φορμῆς, à farmentis, & codicibus, vel ut vult Donatus, à sparteis fiscis & stramentis nauticis.
DEMIPHO, senex, ἀπὸ τοῦ δήμου φῶς, populi claritas.
CHREMES, senex: vide suprà Andr.
ANTIPHO, adolescens, Eunuch.
PHÆDRIA, adolescens, Eunuch.
GETA, servus, Adelph.

DAVUS

DAVUS, servus, Andr.

DORIO, leno, à gente, unde etiam Δωριάζειν.

SOPHRONA, nutrix, Eunuch.

NAUSISTRATA, matrona, magnificum nomen à copiis navalibus, quarum gloriâ populus Athenienſis aliquando floruit.

CRATINUS, advocatus, à robore, quod eſt κράτος.

HEGIO, advocatus. Adelph.

CRITO, advocatus Andr.

*Sequentium hîc tantùm mentio fit.*

DORCIUM, ancilla, ἀπὸ τῆς δορκάδος, à damâ.

PHANIUM, adoleſcentula, ἀπὸ τῆς φανῆς, à faculâ.

## M. ANTONII MURETI IN PHORMIONEM TERENTII ARGVMENTVM.

CHremes & Demipho fratres Athenienſes erant: Chremes Athenis uxorem divitem, ac bene dotatam duxerat Nauſiſtratam, & ex ea ſuſceperat filium Phædriam, habebat Nauſiſtrata, præter cæteras opes, opima prædia in Lemno. ò igitur Chremes quotannis, ad ea locanda, capiundóque fructus commeabat. dum illic reſidet, pauperculæ cuiuſdam mulieris amore correptus, eam quoq; ducit uxorem, & ex ea ſuſcepit filiam Phaniumiac ne res emanaret, commutato nomine, Stilphonem ſe Lemni vocari iubet. detrahebat autem è fructibus prædiorum uxori Athenienſi, quantum ſatis eſſet ad illam alteram unà cum filia nutriendam: deinde Athenas reverſus, aut calamitatem, aut utilitatem, aut tale aliqu.d canſebatur. Erat, Demiphoni filius Antipho. Cum igitur Phanium quindecim iam haberet annos, conveniunt inter ſe Chremes & Demipho, ut Chremes quidem & Lemnium uxorem, & Phanium Athenas clanculum adduceret: Demipho verò Phanium filio ſuo uxorem daret. eius rei causâ proficiſcitur in Lemnum Chremes: eodem tempore accidit, ut Demiphoni quoque iter eſſet in Ciliciam: abeuntes ambo, Getæ (ii Demiphonis ſervi erant) filios commiſerunt ſuos. profectis ſenibus, Phædria ſe ſtatim cibariſtriæ cuiuſdam amore implicat. Sed hoc erat incommodi, quod, qui à leno am uret, quod daret, nihil habebat: interea uxor è Lemno, quæ propter paupertatem viri, dimidiò ſuæ quam ſolebat, morantiu adventum expectare non poſſet, conſenuâ navi, Athenas unà cum filiâ & nutrice ipſius venit. quærunt Stilphonem frustrà Athenis, qui quemquam eo nomine noſſet, reperiebatur nemo. ibi mater (tanta eam agritudo ceperat) moritur. ei funus unà cum nutrice procurantem Phanium cum adſpexiſſet Antipho ſubito amore illius exarſit: venit ad nutricem poſtridie, utrum ſibi copiâ faceret,

obſeq

*obſecrans: illa ſe niſi puellam uxorem duceret, facturam negat illi. cùm & quidvis facere cuperet, & patrem abſentem vereretur, paraſitus Phormio hoc conſilium dedit: lex erat Athenis, ut orbas puellas, qui in genere proximi eſſent, ducerent; aut, ſi id nollent, dotem ei dare cogerentur. ergo, inquit paraſitus, ſimulabo, me patri virginis amicum fuiſſe, ideoq; cauſam illius ſuſcipere: vocabo te in iudicium, tanquam illius cognatum, tecumq; lege agam ut eam ducas, tu ita te defendas, ut mihi facilem victoriam præbeas: ita condemnaberis, ſic fiet, ut & tu potiris tua, & patre reverſo paratam excuſationem habeas. ita fiunt omnia, ut paraſitus ſuaſerat, confectis iam nuptiis, eodem die ambo redeunt ſenes: turbati utrq; : ille, quod filius indotatam uxorem ſe abſente duxiſſet; hic, quod vererentur, ne, erepta ſibi hâc collocandæ filiæ occaſione, tota res fieret palàm: eo ipſo die, luxo citheriſtriæ, quem Phædria amabat, dominus, niſi ſibi pro ea triginta minæ darentur, venditurum ſe eam minitabatur: ad eas conficiendas hanc fallaciam Geta confingit: ait ſenibus, ſe cum Phormione collocutum: Phormionem verò, ſi ſibi dotis triginta minæ darentur, paratum eâ uxorem accipere, quam duxiſſet Antipho. eam pecuniam Demipho à Chremete ſumptâ numerat Phormioni, is eam Phædriæ, Phædria lenoni pro amica tradit. cùm hæc iam confecta eſſent, agnoſcitur Pamphilum. Ibi verò ſenes gaudere, quòd quas nuptias ipſi facere moliebantur, eæ ipſis abſentibus atque inſcientibus factæ eſſent, ſed dolebant ſibi perüſſe triginta minas eas, dñ à Phormione, primò blanditiis, poſtea etiam per vim eripere conantur; Phormio, qui iam de duabus Chremetis uxoribus, &c; tota re intellexerat, inclamat. Manifeſtatam, cique aperit omnia: Illa, cum aliquandiu de viro conqueſta eſſet, tandem placatur, filiique ipſius iudicio omnia ſe permiſſuram pollicetur.*

## C. SULPITII APOLLINARIS PERIOCHA.

CHremetis frater aberat peregrè Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat Lemni uxorem, & filiam:
Athenis aliam conjugem, & amantem unicè
Gnatum fidicinam: mater è Lemno advenit
Athenas: moritur: virgo ſola (aberat Chremes)
Funus procurat: ibi eam viſam Antipho
Cùm amaret, operâ paraſiti uxorem accipit.
Pater, & Chremes reverſi fremere: dein minas
Triginta dant paraſito, ut illam conjugem
Haberet ipſe: argento hoc emitur fidicina.
Uxorem retinet Antipho à patruo agnitam.

PHOR-

# PHORMIO TERENTII.

ACTA LUDIS ROMANIS L. POSTHUMIO ALBINO, ET L. CORNELIO MERULA AED. CUR. EGERE L. AMBIVIUS TURPIO, L. ATTILIUS PRAENESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII, TIBIIS IMPARIB. TOTA GRAECA [a] APOLLODORU. EPIDICAZOMENOS, FACTA IIII. CN. FANNIO. M. VALERIO COSS.

a Diphili: vide Victorii variarum lectionum lib. 9. cap. 20. Et Nan. Misc. lib. 11.

## PROLOGUS.

POstquam [b] poëta vetus poëtam non potest
Retrahere à studio, & transdere hominem in ocium,
Maledictis deterrere, ne scribat, parat:
Qui ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,
[c] Tenui esse oratione & scripturâ levi,
[d] Quia nusquam scripsit insanum adolescentulum
Cervam videre, fugere, & sectari canes,
Et eam plorare, orare, ut subveniat sibi:
Quòd si intelligeret, cùm stetit olim nova,
Actoris operâ magis stetisse, quàm suâ:
Minùs multò audaciter, quam nunc laedit, laederet:
Et magis placerent, quas fecisset fabulas.
Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet,
[e] Vetus si poëta non lacessisset prior,
Nullum invenire prologum potuisset novus,
Quem diceret, nisi haberet, cui malediceret:
Is sibi responsum hoc habeat: in medio omnibus
Palmam esse positam qui artem tractant musicam.
Ille ad famem hunc ab studio studuit rejicere:
Hic respondere voluit, non lacessere.
Benedictis si certâsset, audisset benè:
Quod ab ipso allatum est, sibi esse id relatum putet:
De illo jam finem faciam dicendi mihi,
Peccandi cùm ipse de se finem non facit.
Nunc, quid velim, animum attendite: apporto novam
[f] Epidicazomenon quam vocant comoediam,

b Recriminatio.

c Accusatio à stylo levi.

d Accusatorem accusat.

e Occupatio excusat necessitatem.

f Epidicazomenos, agens de possessione rei, seu vindiciarum. Epidicasia, lis vindiciarum.

Graeci

*Græci, Latini* f *Phormionem nominant;*
*Quia primas partes qui agit, is erit Phormio*
*Parasitus, per quem res agitur maxumè.*
*Voluntas vestra si ad poetam accesserit,*
*Date operam; adeste æquo animo per silentium;*
*Ne simili ut amur fortunâ, atque usi sumus,*
*Cum per tumultum noster grex motus loco est.*
*Quem actoris virtus nobis restituit locum,*
*Bonitásque vestra adjutans, atque æquanimitas.*

f Phormion, tegiculum quo pavimentum insternitur, unde Phormio servile nomen.

## ACTUS I. SCENA I.

Arg. Davus exiens dicit adferre se quam debet Getæ pecuniam: & hæc persona extra argumentum inducitur, cui rem gestam narraturus est Geta.

*Iambici senarii.*

DAVUS.

*A Micus* a *summus meus &* b *popularis Geta*
*Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula*
*Jampridem apud me reliquum pauxillulum*
*Nummorum, id ut conficerem; confeci; effero.*
*Nam herilem filium ejus duxisse audio*
*Uxorem, ei credo munus hoc corradi tur.*
QVAM *inique comparatum est, ii qui minus habent,*
*Ut semper aliquid addant divitioribus?*
*Quod ille unciatim vix de demenso suo,*
*Suum defraudans genium, comparsit miser,*
c *Id illa universum abripiet, haud existumans*
*Quanto labore partum. porrò autem Geta*
d *Feriet ur alio munere, ubi hera pepererit:*
*Porrò alio autem, ubi erit puero natalis dies.*
*Vbi initiabunt: omne hoc mater auferet:*
*Puer causa erit mittundi, sed videon' Getam?*

a Davus hic protatica persona est, nihil ad argumentum comœdiæ spectans.
b Populares quasi συμπολίτας, hoc est, unius patriæ. Vide Nan. Misc. lib. 11.
c Incommoda ab uxore.
d Feritur munere non qui recipit, sed qui dat, præsertim invitus.

## ACTUS I. SCENA II.

Arg. Geta narrat quo sint profecti senes Demipho & Chremes, quâ occasione cœperit amare Demiphonis filius Antipho.

*Ejusdem generis.*

GETA, DAVUS.

G. *SI quis me quæret rufus.* D. a *præsto est, desine.* G. *ob,*
*At ego obviam conabar tibi Dave.* D. *accipe, hem:*
*Lectum est, conveniet numerus, quantum debui.*

a Davus protatica persona, cui Geta exponit occasionem fabulæ.

G. *Amo*

G. *Amo te, & non neglexisse habeo gratiam,*
D. *Præsertim ut nunc sunt mores: adeò res redit:*
b *Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.*
*Sed quid tu es tristis?* G. *Egóne? nescis, quo in metu, &*
*Quanto in periculo sim.* D. *quid istuc est?* G. *scies,*
*Modò ut tacere possis.* D. *abi sis insciens:*
c *Cujus tu fidem in pecuniâ perspexeris,*
*Verere ei verbo credere? ubi quid mihi lucri est*
*Te fallere?* G. *ergo ausculta.* D. *hanc operam tibi dico,*
G. d *Senis nostri Dave fratrem majorem Chremem*
*Nostin'?* G. *quidni? quid? ejus gnatum Phædriam?*
D. *Tanquam te.* G. *evenit senibus ambobus simul,*
*Iter illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam*
*Ad hospitem antiquum: is sevem per epistolas*
*Pellexit, modò non montes auri pollicens.*
D. *Cui tanta erat res, & supererat?* G. *desinas.*
*Sic est ingenium.* D. *ob, regem me esse oportuit.*
G. *Abeuntes ambo hinc tum senes me filiis*
*Relinquunt quasi magistrum.* D. *ô Geta provinciam*
*Cepisti duram.* G. *mihi usu venit hoc, scio:*
*Memini relinqui me, Deo irato meo.*
*Cœpi adversari primò: quid verbis opus est?*
*Seni fideli dum sum, scapulas perdidi.*
G. *Venêre in mentem istæc mihi: nam quæ insciti est,*
e *Advorsum stimulum calces?* G. *cœpi his omnia*
*Facere, obsequi quæ vellent.* D. *sciti uti foro.*
G. *Noster mali nil quidquam primò: hic Phædria*
*Continuò quandam nactus est* f *puellulam*
*Citharistriam: hanc amare cœpit* g *perditè:*
*Ea serviebat lenoni impurissimo:*
*Neque, quod daretur quidquam, id curarunt patres.*
*Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere:*
*Sectari, in ludum ducere, & reducere:*
*Nos ocioso operam dabamus Phædriæ.*
*In quo hæc discebat ludo, ex adversum* h *ei loco*
*Tonstrina erat quædam: his solebamm fere*
*Plerumque eam opperiri, dum inde iret domum,*

b Gemina perturbatio à cupitis.

c Argumentum à majore.

d Mirum narrationis cõpendium per interrogationem.

e Proverbia quàm maximè inter se diversa.

f Puellulam ab ætate, citharistriam ab arte laudat.

g Al. perditus

h Al. Illico.

*Interea*

*Interea dum sedemus * illic, intervenit*
*Adolescens quidam lacrymans: nos mirarier:*
*Rogamus, quid sit: nunquam æque (inquit) ac modò*
*Puppertas mihi onus visum est & miserum, & grave,*
*Modò quandam vidi virginem hic vicinæ*
g *Miseram, suam matrem lamentari mortuam.*
*Ea sita erat ex adverso: neque illi benevolens,*
h *Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam,*
*Quisquam aderat, qui adjutaret funus miserum est.*
i *Virgo ipsa facie egregiâ, quid verbis opus est?*
*Commórat omnes nos: ibi continuò* k *Antipho,*
*Vultisne eamus visere? alius, censeo,*
*Eamus, duc non sodes: imus, venimus.*
*Videmus: virgo pulchra: & quò magis diceres,*
*Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem.*
*Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida:*
*Lacrumæ, vestitus turpis:* l *ut ni vis boni*
*In ipsâ inesset formâ, hæc formam extinguerent,*
*Ille, qui illam amabat fidicinam, tantummodò*
*Satis, inquit,* * *scita est: noster verò.* D. *jam scio:*
*Amare cœpit.* G. *scin' quam? quò evadat, vide:*
*Postridiè ad anum rectâ pergit: obsecrat,*
*Ut sibi ejus faciat copiam. illa enim se negat:*
m *Neque eum æquum ait facere: illam civem esse Atticam,*
*Bonam, bonis prognatam: si uxorem velit,*
*Lege id licere facere; sin aliter, negat.*
*Noster, quid ageret,* n *nescire & illam ducere*
*Cupiebat, & metuebat absentem patrem.*
D. *Non si rediisset, ei pater veniam daret?*
G. º *illene indotatam virginem, atq; ignobilem*
*Daret illi? nunquam faceret.* D. *quid fit denique?*
G. *Quid fiat, est parasitus quidam Phormio,*
*Homo confidens.* * *qui (illum Dii omnes perduint.)*
D. *Quid is fecit?* G. *hoc consilium, quod dicam, dedit.*
p *Lex est, ut orbæ, qui sint genere proximi,*
*Iis nubant: & illos ducere eadem hæc lex jubet.*
*Ego te cognatum dicam; & tibi* q *scribam dicam:*

* Pro ibi, ut alibi sæpè Donat.

g Miseram, ob affectum se.

h Auxesis: nam res minuuntur, sententia augetur.

i Laus à formâ.

k Occasio, qua Antipho amare cœpit.

l Mira genuinæ formæ descriptio.

* Id est, bella modesta.

m Laus à loco, à personâ, à majoribus.

n Id est, nesciebat.

º Alia causa litis futuræ.

* Qui, pro utinam: vide Donatii Comment.

p Attica lex.

q Phormionis fictum consilium.

*Paternum amicum me assimulabo virginis:*
*Ad judices * veniemus: qui fuerit pater,*
*Quæ * mater, quî cognata tibi sit, omnia hæc*
*Confingam: quod erit mihi bonum, atque commodum.*
*Cùm tu horum nihil refelles, vincam scilicet.*
*Pater aderit: mibi paratæ lites, quid meâ?*
*Illa quidem nostra erit.* D. *jocularem audaciam!*
G. r *Persuasum est homini: factum est: ventum est: vincimur:*
*Duxit.* D. *quid narras?* G. *hoc, quod audiù?* D. *ô Geta,*
*Quid te futurum est?* G. *nescio hercle: unum hoc scio:*
f *Quod fors ferat, feremus æquo animo.* D. t *placet:*
u *Hem istuc viri est officium.* G. x *in me omnis spes est mihi.*
D. *Laudo.* G. y *ad precatorem abeam credo, qui mihi.*
*Sic oret: nunc amitte quæso hunc: cæterum*
*Posthac si quidquam, nihil precor: tantummodo*
*Non addat, ubi ego hinc abiero, vel occidito.*
D. z *Quid ille pædagogus, qui citharistriam?*
*Quid rei gerit?* G. *sic, tenuiter.* D. *non multum habet*
*Quod det fortasse.* G. *immò nihil, nisi spem meram.*
D. *Pater ejus rediit, an non?* G. *nondum.* D. a *quid senem*
*Quoad expectatis vestrum?* G. *non certum scio:*
*Sed epistolam ab eo esse allatam audivi modò, &*
*Ad portitores esse delatam, hanc petam.*
D. *Numquid Geta aliud me vis?* G. *ut benè sit tibi.*
*Puer: heus puer nemón' huc prodit? cape, da hoc Dorio.*

* Id est, litem intendam, diem dicam in jus vocabo.
* Qui quomodo, quâ ratione, unde.
r Gradus.
f Sententia moralis.
t Placet.
u Hem alii excludunt.
x Consolatio laudatoria.
y Oratio precatoris ad dominum mittendi.
z Urbaniter de Phædriâ inquirit.
a Præparatio inopinati adventus senis.

## ACTUS I. SCENA III.

Arg. Contendunt inter se adolescentes uter eorum magis sit miser, unde tota hæc scena versatur in genere causæ demonstrativo.

*Trochaici & iambici octonarii, & quaternarius unus.*

### ANTIPHO. PHÆDRIA.

A. a *Deón' rem rediisse, ut qui mihi consultum optimè velit esse,*
*Phædria patrem extimescam, ubi in mentem ejus adventi veni?*
*Quod ni fuissem incogitans, ita eum expectarem, ut par fuit.*
P H. *Quid istuc est?* A. b *cogitas? qui tam audacis facinoris mihi conscius*
*Sis? quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset*

a Querela adolescentis continens protasin, & peccati expositionem.
b Antipho timidus. Phædria audax.

c *Neu me cupidum eò impulisset, quod mihi principiũ est mali* c Formidantis querela.
d *Non potitus essem: fuisset tum mihi illos ægrè aliquot dies:* d Amoris cruciatus.
*At non quotidiana cura hæc angeret animum.* PH. *audio.*
AN. *Dum expecto quàm mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.*
P. *Alijs, quia desit quod amant, ægrè est, tibi quia supersit, dolet.*
*Amore abundas, Antipho.*
*Nam tua quidem herclè vita hæc expetenda optandaq; est.*
c *Ita me dij benè ament, ut mihi liceat tamdiu, quod amo frui.* e Vide amantis vesaniam.
*Jam depacisci mortem cupio. tu conjicito cætera,*
*Quid ego ex hâc inopiâ nunc capiã, & quid tu ex istâc copiâ?*
*Vt ne addam, quòd sine sumptu, ingenuã liberalem nactus es:*
*Quòd habes, ita ut voluisti, uxorem, f sine malâ famâ; palàm* f A famã.
*Beatus, ni unum hoc desit, animus qui modestè istæc ferat.*
*Quòd si tibi res sit cum eo lenone, quocũ mihi est, tum sentias.*
*Ita plerique ingenio sumus omnes;* g *nostri nosmet pœnitet.* g Adagium.
AN. h *At tu mihi contra nunc videre fortunatus, Phædria.* h Felicem dicit, eò quod non ames nuptam.
*Cui de integro est: potestas etiam consulendi; quid velis,*
*Retinere, amare, amittere: ego in eum incidi infelix locum,*
*Vt neque mihi ejus sit amittendi nec retinendi copia.*
*Sed hoc quid est? videõne ego Getã currentem advenire hùc?* i Semper enim metuit nimium præsaga mali mens.
*Is ipsus est: ihei timeo miser, quam nunc mihi hic rem nunciet.*

## ACTUS I. SCENA IV.

Arg. Geta Antiphoni affert è Ciliciâ rediisse patrem: quo nuncio tantus injicitur metus malè sibi conscio adolescenti, ut subducat illicò sese.

*Octonarii Trochaici iambicique: senarii iambici & unus quaternarius cum senario hypercatalectici.*

GETA, ANTIPHO, PHAEDRIA.

GE. a NVllus es, Geta, nisi aliquod jam tibi consilium celere reperieris:
*Ita subitò nunc imparatum tanta te impendent mala:*
*Quę neque uti dimittem scio, neq; quo modo me inde extraham:*
(* *Nam non potest celari* b *nostra diutiùs jam audacia:*)
*Quæ si non æstu providenter, me aut herum pessundabunt.*
A. *Quidnam ille commotus venit?* G. *tũ temporis punctũ mihi*
*Ad hanc rem est: herus adest.* A. *quid istuc est mali?*
G. *Quod cũ audierit, quod ejus remediũ inveniam iracundię?*

a Protasis & consultatio quomodo placent senem.
* Bemb. mutato versuum ordine legit. Quæ si, nam non.
b Cujus scilicet auctor fui.
c Quod Antiphonem scilicet duxisse uxorem.

Loquáne? incendam. taceam? insligem. purgem me? *laterem lavem.

d Eheu me miserum! cùm mihi paveo, tum Antipho me excruciat animi. (absque eo

Ejus me miseret; ei nunc timeo; ú me nunc retinet. nam Esset, rectè ego mihi vidissem, & senio essem ultus iracundiam, Aliquid conversa sisẽ: atq; hinc me conjicerẽ protinus in pedes.

A. Quam hic fugam, aut furtum parat?

A. f Sed ubi Antiphonẽ reperiã? aut quâ quærere insistã viâ?

P. Te nominat. A. nescio quod magnũ hoc nuncio expecto malũ.

P. Ab sanúsne es?

G. Domum ire pergam, ibi plurimùm est. P. revocemus hominẽ.

A. Sta illicò. G. hem.

Satis pro imperio, quisquis es. A. Geta. G. ipse est, quem volui obviàm.

A. g Cedo, quid portas obsecro? atq; id, si potes, verbo expedi.

G. Faciam. A. eloquere. G. modò apud portum. A. meúmne? G. intellexti. A. occidi. P. hem.

A. Quid agam? P. quid ais? G. hujus patrem vidisse me, patruum tuum.

A. Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inveniam miser?

h Apostrophe amatoria.

Quòd si eò meę fortunę redeũt, h Phaniũ, abs te ut distrahar, Nulla est mihi iã expetẽda. G. ergò illęc cũ ita sint Antipho.

i Virg. 1. Aeneid. Audaces fortuna juvat.

Tantò magis te advigilare æquom est: i Fortes fortuna adjuvat.

A. Non sum apud me. G. atqui opus est nunc, cum maximè ut sis Antipho.

k Culpæ suspicio ex timore.

k Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur Commeruisse culpã. P. hoc verũ est. A. non possum immutarier.

G. Quid faceres, si aliquid gravius tibi nunc faciendum foret?

l Dialectica illatio, à minore.

A. l Cum hoc non possum, illud minùs possum. G. hoc nihil est Phædria, ilicet:

m Bembus.

* Quid conterimus operam frustrà? quin abeam? P. & quidem ego. A. obsecro.

Quid si assimulabo? satin' est? G. garris. A. voltum contemplamini: hem,

Satín'

* Later massa lutea vel argillacea, sole tantùm excocta: quæ quò magis perluitur, hoc lutescit magis & in cænum solvitur. Vide Nannii Misc. lib. 11.

d Exclamatio stupentis.

e Id est, comportâssem, aut collegissem furtim.

f Verba deliberantis.

g Affectum timentis exprimit.

n *Satin' sic est?* G. *non.* A. *quid si sic?* G. *propemodum.* A. *quid si sic?* G. *sat est:*
*Hemistuc serva, & verbum verbo, par pari ut respondeas;*
*Ne suis te iratus savis dictis proiecet.* A. *scio.*
G. o *Vi coactum te esse, invitum, lege, iudicio; tenes?*
*Sed quis hic est senex, quẽ video in ultimâ plateâ.* A. *ipsius est,*
*Non possum adesse.* G. *ah, quid agis? quò abis Antipho? mane,*
*Mane, inquam.* A. p *egomet me novi, & peccatum meum.*
q *Vobis commendo Phanium, & vitam meam.*
P. *Geta, quid nunc fiet?* G. *tu jam lites audies:*
*Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit.*
*Sed, quod modo hîc nos Antiphonem monuimus,*
*Id nosmet ipses facere oportet Phædria.*
P. r *Auser mihi, oportet: quin tu, quod faciam, impera.*
G. *Meministin' olim ut fuerit vostra oratio,*
*In re incipiendâ ad defendendam noxiam?*
s *Justam illam causam, facilem, vincibilem, optumam.*
P. *Memini.* G. *hem, nunc ipsâ est opus, aut si quid potest,*
*Meliore, & callidiore.* P. *fiet sedulò.*
G. *Nunc prior adito tu: ego in insidiis hîc ero*
*Succenturiatus, si quid deficies.* P. *age.*

n Hæc in gestu consistunt.
o Breviter totam defensionem præscribit.
p Conscientiæ stimulus.
q Amatoriè prius Phanium quàm se commendat.
r Ad omnia se paratum indicat.
s Quia nunc prælium erit, tunc prælusio fuit.

## ACTUS I. SCENA V.

Arg. Filium Antiphonem, se absente, uxorem duxisse admodum ægrè fert Demipho: à Phædria ille & Geta servo defenditur: ad postremum Demipho convenire Phormionem constituit, ut injuriam cum eo expostulet, qui ducendæ puellæ auctor fuerit.

*Iambici octonarii & senarii.*

DEMIPHO, GETA, PHAEDRIA.

D. a *ITáne tandem uxorem duxit Antipho injussu meo?*
*Nec meum imperium? age, mitto imperium: non simultatem meam*
*Revereri? saltem non pudere? ô facinus audax! ô Geta*
*Monitor.* G. *vix tandem.* D. *quid mihi dicent? aut quam causam reperient?*
*Demiror.* G. *atqui reperi jam: aliud cura.* D. b *anne hoc dicent*
*Invitus feci: lex coëgit, audio, & fateor.* G. *placet.*
D. c *Verum scientem, tacitum causam tradere adversariis,*
*Etiámne id lex coëgit?* P. *illud durum.* G. *ego expediam: sine.*

a Turbæ gliscunt: pater enim adveniens queritur de filii peccato.
b Vinci potest, qui partem defensionis admittit.
c Præparatio futuræ defensionis.

D. *Incertum eſt, quid agam, quia præter ſpem, atque incredibile hoc mihi accidit.*

d Amplificat querelam. d *Ita ſum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere.* (*maximè*

e γνώμη. Syncerum inſtitutum. e *Quamobrem Omnes, cùm ſecundæ res ſunt maximè, tum*
*Meditari ſecum oportet, quo pacto aduerſam grumnã ferant:*
*Pericla, damna, exilia peregrè rediens ſemper cogitet,*
*Aut filij peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ:*

f Communia, id eſt, ex rerum uſu, jam fermè fracta ſenis ira. f *Communia eſſe hæc, fieri poſſe: ut ne quid animo ſit novum.*
*Quidquid præter ſpẽ eueniat, omne id deputare eſſe in lucro.*
G. *O Phædria, incredibile eſt, quanto horum anteeo ſapientiâ,*
g Facetum. g *Meditata mihi ſunt omnia mea incõmoda herus ſi rediſrit,*
h Servorum ſupplicia. h *Molendum uſque in piſtrino: vapulandum: habendæ compedes:* (*vum:*
*Opus ruri faciendum: horum nil quidquam accidet animo no-*
i Irriſoria hujus dicti reſumptio. i *Quidquid præter ſpem eveniet, omne id deputabo eſſe in lucro.*
*Sed quid hominẽ ceſſas adire, & blandè in principio alloqui?*
k Mitia verba ſenis de Phædriâ. D. k *Mei fratris video filium ire mihi obviam.*
PH. *Mi patrue ſalve.* D. *ſalve: ſed ubi eſt Antipho?*
l Denuò ſalutat, ut interim miteſcat. P. l *Salvom* m *advenire.* D. *credo: hoc reſponde mihi.*
P. *Valet: hic eſt: ſed ſatín' omnia ex ſententiâ?*
D. *Vellem quidem.* P. *Quid iſtuc?* D. *rogitas, Phædria?*
m Venire. *Bonas me abſente hîc confeciſtis nuptias.*
n Exclamatio ironica. P. *Eho, an id ſuccenſes nunc illi?* G. n *ó artificem probum?*
D. ο *Egóne illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio*
ο ἰμπατικῶς. *Dari mi in conſpectum, nunc ſuâ culpâ ut ſciat*
*Lenem patrem illum factum me eſſe acerrimum:*
P Summa contradictionis. P. p *Aliqui nil fecit, patrue, quod ſuccenſeas.*
q Virg. 11. Eneid. & crimine ab uno diſce omnes. D. q *Ecce autem ſimil a omnia: omnes congruunt:*
*Unum cognóris, omnes nóris.* PH. *haud ita eſt.*
*Hic in noxã eſt, ille ad defendendam cauſam adeſt.*
*Cum ille eſt, hic præſto eſt: tradunt operas mutuas.*
G. *Probè eorum facta imprudens depinxit ſenex.*
r Servius legit pro illo. D. *Nam, ni hæc ita eſſent,* r *cum illo haud ſtares, Phædria.*
ſ Rhetoricum theorema. P. *Si iſt patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit,*
*Ex quâ re minus rei foret, aut famæ temperans;*
t Sit. ſ *Non cauſam dico, quin, quod meritus* t *eſt, ferat.*

*Sed*

*Sed si quis fortè malitiâ fretus suâ,*
*Insidias nostræ fecit adolescentiæ,*
*Ac vicit:* u *nostrâne ea culpa est, an judicum,*
*Qui sæpè propter invidiam adimunt diviti,*
*Aut propter misericordiam addunt pauperi?*
G. *Ni nóssem causam: crederem vera hunc loqui.*
D. *An quisquam judex est, qui possit noscere*
x *Tua justa, ubi tute verbum non respondeas,*
*Ita ut ille fecit?* P. y *functus adolescentuli est*
*Officium liberalis, postquam ad judices*
*Ventum est, non potuit cogitata proloqui:*
*Ita eum tum timidum obstupefecit pudor.*
G. z *Laudo hunc. sed cesso adire quamprimùm senem?*
*Here salve salvom te advenisse gaudeo.* D. *ob,*
a *Bone custos salve, columen verò familiæ*
*Cui commendavi filium hinc abiens meum.*
G. b *Jamdudum te omnes nos accusare audio*
*Immeritò, & me omnium horum immeritissimò:*
*Nam me quid in hac re facere voluisti tibi?*
c *Servom hominem causam orare leges non sinunt,*
*Neque testimonii dictio est.* D. *mitto omnia: adde*
*Istuc: imprudens timuit adolescens: sino:*
d *Tu servus: verùm si cognata est maximè,*
*Non fuit necesse habere: sed, id quod lex jubet,*
*Dotem daret is, quæreret alium virum.*
*Quâ ratione inopem potiùs ducebat domum?*
G. e *Non ratio, verùm argentum deerat.* D. *sumerent*
*Alicunde.* G. *alicunde? nihil est dictu facilius.*
D. f *Postremò si nullo alio pacto, vel fœnere.*
G. *Hui, dixti pulchrè, si quidem quisquam crederet*
*Te vivo.* D. *non, non sic futurum est, non potest.*
*Egóne illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?*
*Nil suave meritum est: hominem commonstrarier*
*Mihi* g *istum volo; aut ubi habitet, demonstrarier.*
G. *Nempe Phormionem.* D. *istum patronum mulierûm.*
G. *Jamsaxo hic aderit.* D. *Antipho ubi nunc est?* P. *foris.*
D. h *Abi Phædria, eum require, atque adduce hunc.* P. *eo*

u In accusatorem & judices.

x Δίκαια, pro jure.
y Translatio causæ.

z Geta Phædriam laudat
a Ironia.

b Duplex accusatio.

c Exceptio sui in causâ agendâ.

d Singula ita proferenda, tanquam plura sint.

e Expedita responsio.

f Ἀποσιώπησις.

g *Istum* per contemptum.
h Simplex est senex, qui Phædriam.

*Rectâ viâ quidem illuc.* G. *nempe ad Pamphilam.* D. *at ego*
*Deos Penates hinc salutatum domum*
*Divortor: indè ibo ad forum, atque aliquot mihi*
f Amicos. Id est, advocatos & testes. f *Amicos advocabo, ad hanc rem qui adsient,*
*Ut ne imparatus sim, cùm adveniet Phormio.*

## ACTUS II. SCENA I.

Arg. Adducitur Phormio, ut factum defendat, qui hîc se instruet cum sene litigaturus.

*Trochaici, octonarii, catalectici.*

PHORMIO, GETA.

a Accersitur Phormio, ut defendat factum. P. a *TÉne patris ais conspectum veritum hinc abiisse?* G. *admodùm.*
P. b *Phanium relictam solam?* G. *sic.* P. *& ignatum senem?*
G. *Oppidò.* P. *ad te summa solum, Phormio, rerum redit;*
b Pulchra responsendi varietas. c *Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum: accingere.*
G. *Obsecrote.* P. *si rogitabit.* G. *in te spes est.* P. *escere,*
c Hoc facit ad fallaciam d Iactantia de consiliis repertis. *Quid si reddet?* G. *tu impulisti.* P. *sic opinor.* G. *subvenî.*
P. d *Cedo senem: jam instructa sunt mihi corde consilia omnia.*
G. *Quid ages?* P. e *quid vis? nisi ut maneat Phanium, atque ex crimine hoc*
*Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram derivem senis.*
e Tria promittit, quibus tota Antiphonis causa constituitur. G. *O vir fortis, atque amicus: verùm hoc sæpè Phormio,*
*Vereor, ne flaccescat studio: in nervum erumpat denique.* P. *ah,*
*Non ita est. Factum est periculum: jam g Pedum visa est via:*
f Proverbium à sagittariis natum. *Quot me censes homines jam deverberasse usque ad necem*
*Hospites? tum cives? quò magis novi, tantò sapius.*
*Cedo dum, en unquam injuriarum audisti mi scriptam dicam.*
g μεταφορικῶς omninò & scurriliter. G. *Qui istuc?* P. h *quia non rete accipitri tenditur, neque mil-*
*vio, Dat veniam corvis vexat censura columbas*
h Allegoricè & trivialiter. *Qui malè faciunt nobis: illis qui nil faciunt, tenditur:*
*Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.*
i Divites periclitantur. i *Alius aliundè est periculum, unde aliquid abradi potest:*
*Mihi sciunt nihil esse: dices, ducent damnatum domum:*
k Facetè edacem se vocat. *Alere nolunt k hominem edacem: & sapiunt meâ quidem*
*sententiâ.*
*Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere.*
G. *Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia.*
l Summa parasitorum felicitas cibus. P. l *Immò enim nimis satis pro merito gratiam regi refert.*

*Téne*

*Téne aſymbolum venire, unctum atq; lautum è balneis,*
*Ocioſum ab animo; cùm ille & curâ, & ſumptu abſumitur,*
*Dum tibi ſit, quod placeat: ille ringitur, tu rideas,*
*Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia apponitur?*
G. *Quid iſtuc verbi eſt?* P.m *ubi tu dubites, quid ſumas potiſſimum.*
m Proverbium ſuum ipſe exponit.
*Hæc, cùm ratione ineas, quàm ſint ſuavia, & quàm cara ſint,*
*Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præſentem Deum?*
G. *Senex adeſt, vide quid agas, prima cœtio eſt acerrima,*
*Si eam ſuſtinueris, poſt illa jam, ut lubet, ludas licet.*

## ACTUS II. SCENA II.

Arg. Hæc ſcena concertationem habet Demiphonis, & paraſiti. Clam patre uxorem duxerat Antipho: domum reverſus pater illam vult ejicere: contradicet Phormio.

*Iambici ſenarii.*

DEMIPHO, GETA, PHORMIO.

D.a *EN unquam cuiquam contumelioſius*
*Auditis factam injuriam, quàm hæc eſt mihi?*
*Adeſſe quæſo.* G. *iratus eſt.* P. *quin tu hoc age:*
*Jam ego hunc agitabo,* b *prô Deûm immortalium,*
*Negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho?*
*Hanc Demipho negat eſſe cognatam?* G. *negat.*
D. *Ipſum eſſe opinor, de quo agebam, ſequimini.*
P. *Neque ejus patrem ſe ſcire, qui fuerit.* G. *negat.*
P. *Nec Stilphonem ipſum ſcire, qui fuerit? negat.*
P.c *Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens,*
*Negligitur ipſa: vide, Avaritia quid facit.*
G. *Si herum inſimulabis* d *avaritiæ, malè audies.*
D. *O audaciam! etiam me ultrò accuſatum advenit.*
P.e *Nam jam adoleſcenti nihil eſt quod ſuccenſeam,*
*Si illum minus nôrat: quippe homo jam grandior,*
*Pauper, cui in opere vita erat, ruri fere*
*Se continebat: ibi agrum de noſtro patre*
*Colendum habebat: ſæpè interea mihi ſenex*
*Narrabat, ſe hunc negligere cognatum ſuum:*
*At quem virum? quem ego viderim in vitâ optumum.*
G. f *Videas te, atque illum, ut narras.* P. *abi in malam crucem:*
*Nam ni ita eum exiſtumâſſem, nunquam tam graveis*

a Concertatio Phormionis & Demiphonis.
b Exclamatio per congeminationẽ miræ vehementiæ.
c Conqueſtio ad coronam ſpectatorum.
d Militiæ.
e Vetterator callidus hæc omnia fingit.
f ἀμφιβολο-γία.

*Ob hanc inimicitias caperem in vostram familiam,*
*Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter.*
G. *Pergin' hero absenti malè loqui impurissime?*
P. *Dignum aut hoc illo est.* G. [f] *ain' tandem carcer?* D. *Geta.*
G. *Bonorum extortor, legum contortor.* D. *Geta.*
P. *Responde.* G. [g] *quis homo est?* *ebem.* D. *tace.* G. *absenti tibi*
*Te indignas, seque dignas contumelias*
*Nunquam cessavit dicere hodiè.* D. *ohe, desine,*
*Adolescens, primùm abs te hoc benâ venia expeto.*
*Si tibi placere potis est, mihi ut respondeas.*
*Quem amicum tuum ais fuisse istum explana mihi,*
*Et quî cognatum me sibi esse diceret.*
P. *Proinde expiscare, quasi non nósses.* D. *nóssem?* P. *ita,*
D. [h] *Ego me nego: tu, qui ais, redige in memoriam.*
P. *Eho, tu sobrinum tuum non noras?* D. *enecas:*
*Dic nomen.* P. *nomen?* *maxumè.* D. *quid nunc taces:*
P. [i] *Perii hercle, nomen perdidi.* D. *hem, quid ais?* P. *Geta,*
*Si me inisti id quod olim dictum est,* [k] *subjice hem,*
*Non dico: quasi non nóris, tentatum advenis.*
D. *Egon' autem tento?* G. *Stipho.* PH. *at quî adeò, quid meâ?*
*Stipho est.* D. *quem dixti?* P. *Stiphonem inquam noveras?*
D. *Neque ego illum nóram, neque mihi cognatus fuit*
*Quisquam isto nomine.* P. *Itáne? non te horum pudet?*
*At si talentûm rem reliquisset decem.*
D. [m] *Dii tibi malè faciunt.* P. *primus esses, memoriter*
*Progeniem vostram usq; ab avo atque atavo proferens.*
D. *Ita ut dicis; ego tum si advenissem, quî mihi*
*Cognata ea esset, dicerem: itidem tu face:*
*Credo, quî est cognata?* G. *heus noster, recte; heus tu, cave.*
P. *Dilucidè expedivi, quibus me oportuit*
*Judicibus: tum si id falsum fuerat, filius*
*Cur non refellit?* D. [n] *filium narras mihi?*
[o] *Cujus de stultitiâ dici, ut dignum est, non potest.*
P. *At* [p] *tu, qui sapiens es, magistratus adi,*
*Judicium de eâdem causâ iterùm ut reddant tibi:*
*Quandoquidem solus regnas, & soli licet*
[q] *Hîc de eâdem causâ bis judicium adipiscier.*

f Contumeliæ in parasitum.
g Callida Getæ dissimulatio.
h Vulgaris descriptio.
i Falsi nominis non meminit.
k ὑπαγορεύειν, subjicere, admonere.
l συγγενὴς.
m Imprecatio
n Senex confidit justæ causæ.
o Compendium convitiorum
p Irridet senẽ
q Mos vetus & obsoletus.

D. *Et*

D. r *Et ſi facta mihi injuria eſt, veruntamen* r Redit ad concordiam.
*Potiùs quàm lites ſcribar, aut quàm te audiam.*
*Iisdem ut cognata ſi ſit, id quod lex jubet*
*Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.*
P. ſ *Ha, ha, hæ, homo ſuavis.* D *quia eſt? num iniquum poſtulo?* ſ Ironicè.
*An, ne hoc quidem ego adipiſcar, quod jus publicum eſt?*
P. t *Itáne tandē quæſo, civem item ut meretricē, ubi abuſus ſis,* t Argumenta per interrogationem ſunt fortiora.
*Mercedem dare lex jubet ei, atque amittere? an*
*Vt ne quid turpe civis in ſe admitteret*
*Propter egeſtatem, proximo juſſa eſt dari,*
*Vt cum uno ætatem degeret, quod tu vetas?*
D. *Ita, proximo quidem: at nos unde? aut quamobrem?* P. *obe,*
u *Actum, aiunt, ne agas.* D. *non agam? immò haud deſi-* u Proverbium
*nam,*
*Donec* x *perfecero hoc.* P. *ineptis.* D. *ſine modò.* x Perfecero, ſub, unctivus ornatè pro indicativo.
P. *Poſtremò tecum nihil rei nobis, Demipho eſt:*
*Tuus eſt damnatus gnatus, non tu; nam tua*
*Præterierat jam ducendi ætas.* D. *omnia hæc*
y *Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere:* y Definitivè reſpondet.
*Aut quidem cum uxore hâc ipſum prohibebo domo.*
C. *Iratus eſt.* P. *tute idem meliùs feceris.*
D. *Itáne es paratus facere me advorſum omnia,*
*Infelix?* P. *mecuit hic nos, tametſi ſeduld*
*Diſſimulat.* C. *benè habent tibi principia.* P. z *quin quod eſt* z Voluntas eſt neceſſitati accommodanda.
*Ferendum, feras? tuis factis dignum feceris,*
*Vt amici inter nos ſimus.* D. *egón' tuam expetam*
*Amicitiam? aut te viſum, aut auditum velim?*
P. a *Si concordabis cum illâ, habebis, quæ tuam* a Acerbè ludit Phormio.
*Senectutem oblectet: reſpice ætatem tuam.*
D. *Te oblectet, tibi habe.* P. *minue verò iram.* D. *hoc age:*
*Satis jam verborum eſt: niſi tu properas mulierem*
*Abducere, ego illam ejiciam: dixi, Phormio.*
P. *Si tu illam attigeris ſecus, quàm dignum eſt liberam,*
*Dicam impingam tibi grandem.* b *dixi, Demipho.* b Irriſoriè ad Getam hæc.
*Si quid opus fuerit, heus, domo me.* C. *intelligo.*

## ACTUS II. SCENA III.

Arg. Conſulit Demipho advocatos ſuper filii conjugio, unus ſuadet, diſſua-

dissuadet alter, tertius nihil dicit, qui se alterutri jungere debuit: versatur autem in deliberativo.

*Ejusdem generis.*

DEMIPHO, GETA, HEGIO, CRATINUS, CRITO.

a Cura est in spe bonorum, sollicitudo in metu malorum.

D.[a] *Quantâ me curâ & sollicitudine afficit*
*Gnatus, qui me & se hisce impedivit nuptiis!*
*Neque mi in conspectum prodit; ut saltem sciam,*
*Quid de hâc re dicat, quidve sit sententiæ.*
*Abi tu, vise, redierúntne jam, an nondum domum.*

b Consultatio cum amicis.

G. *Ebo.* D.[b] *videtis quo in loco res hæc siet:*
*Quid ago? dic Hegio.* H. *ego Cratinum censeo,*
*Si tibi videtur.* D. *dic Cratine.* CRA. *méne vis?*

c Captatio benevolentiæ.

D. *Te.* CRA.[c] *Ego, quæ in rem tuam sint, ea velim facias: mihi*
*Sic hoc videtur, quod te absente hîc filius*
d Ab honesto
e Ab utili.
f A possibili.
*Egit, restitui in integrum,*[d] *æquom est,*[e] *& bonum:*
*Et id impetrabis, dixi.* D. *dic nunc Hegio.*
H. *Ego sedulò hanc dixisse credo: verùm ita est.*
*Quot homines, tot sententiæ: suus cuique mos.*

g Ab inhonesto & impossibili.
h Critonis consilium.

*Mihi non videtur, quod sit factum legibus*[g]
*Rescindi posse: & turpe inceptu est.* D. *dic Crito.*
CRI.[h] *Ego amplius deliberandum censeo:*
*Res magna est.* H. *numquid nos vis?* D. *fecisti probè:*
*Incertior sum multò, quàm dudum.* G. *negant*
*Rediisse.* D. *frater est expectandus mihi: is*
*Quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar.*

i Fratris consilium percunctatur.

*Percunctatum ibo ad portum, quoad se recipiat.*[i]
G. *At ego Antiphonem quæram, ut, quæ acta hîc sunt, sciat.*
*Sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere.*

ACTUS III. SCENA I.

Arg. Antipho se vehementer incusat, quòd ita consultò patri se subduxerit, & causam suam aliis tutandam dederit, rem totam denique ex Geta cognoscit.

*Iambici catalectici & acatalectici octonarii, in fine trochaici.*

ANTIPHO, GETA.

a Seipsum imprudentiæ lamentanter incusat.

A.[a] *Enimverò Antipho, multimodis cum istoc animo vitu-*
*perandus es:*
*Itáne hinc abisse, & vitam tutandam dedisse aliis tuam?*
*Alios tuam rem credidisti, quàm te, animadversuros magis?*

*Nam*

*Nam, ut ut erant alia, illi certè consuleres, quæ nunc tuæ est domi:*
b *Ne quid propter tuam fidem decepta * pateretur mali,*
*Cujus nunc miseræ spes, opesq; sunt in te unoomnes sitæ.*
G. *Equidem, here, nos jamdudum hîc te absentem incusamus, qui abieris.*
A. *Te ipsum quærebam.* G. *sed eâ causâ nihilo magis defecimus.*
A. c *Loquere obsecro, quonam in loco sunt res & fortunæ meæ.*
*Numquid patri* d *subolet?* G. *nil etiam.* A. *ecquid spei porrò est?*
G. *nescio.* A. *ah.*
G. *Nisi Phædria haud cessavit pro te eniti.* A. *nihil fecit novi.*
G. e *Tum Phormio itidem in hâc re, ut in aliis, strenuum hominem præbuit.*
A. *Quid is fecit?* G. *confatavit verbis admodum iratũ patrẽ.*
A *Heu Phormio.* G. *ego, quod potui porrò.* A. *mi Geta, omnes vos amo.*
G. *Sic sese habent principia, but dico: adhuc tranquilla res est.*
*Mansurus sq; patruum pater est, dum huc adveniat.* A. *quid eum?* G. *aiebat,*
*De ejus consilio velle sese facere, quod ad hanc rem attinet.*
A. f *Quantus metus est mihi, venire huc salvom nunc patruum Geta?*
*Nam, ut audio,* g *per unã ejus aut vivã aut moriar sententiã.*
G. *Phædria tibi adest.* A. *ubinam?* G. *eccum à suâ palæstrâ exit foràs.*

b Plus Phanium quam seipsum curat. * Potiretur.
c Omnia suæ in amicâ repetit.
d Suboler. Metaphora ab odoribus.
e Conventionem ejus, & Phormionis intelligit.
f Amatoriè patruum non salvum optat.
g Tanquam sine Phanio vivere nequeat.

## ACTUS III. SCENA II.

Arg. Phædria lenonem orat, ut venditam militi Pamphilam non tam citò abducendam tradat: se intra triduum nummos adnumeraturum, quos pro illius redemptione sit pollicitus.

*Trochaici octonarii & iambici, tuo addito senario.*

PHAEDRIA, DORIO, ANTIPHO, GETA.

P. a *Dorio, audi obsecro.* D. *non audio.* P. *parumper.* D. *quin omitte me.*
P. *Audi, quod dicam.* D. *at enim tædet jam audire eadem millies.*
P. *At nunc dicam, quod lubenter audias.* D. *loquere audio.*
P. *Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc? quo nunc abis?*
D. *Mirabar, si tu mihi quidquam afferres novi.*

a Omisso Antiphone producitur alter adolescens in scenam, ut augeantur turbæ.

A. *Hei,*

A. Hei metuo lenonẽ, ne a quid ſuo ſuat capiti. G. idẽ ego metuo.
P. Non mihi credis? D. hariolare. P. ſin fidem do. D. fabulæ.
P. Fœneratum iſtuc beneficium tibi pulchrè dices. D. logi.
P. Crede mihi gaudebis facto. verùm hercle hoc eſt. D. ſomnium.
P. Experire, non eſt longum. D. b Cantilenam eandem canis.
P. c Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu. D. garris modo.
P. Adeóne ingenio te eſſe duro, atque inexorabili,
Vt neque miſericordiâ, neque precibus molliri queas?
D. Adeón' d te eſſe incogitantem atque impudentem Phædria,
Vt * pheleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis?
A. Miſeritum eſt. P. hei verù vincor. G. quam ſimilis uterque eſt ſui!
P. Neque, aliâ Antipho cùm occupatus eſſet ſollicitudine,
e Tum hoc eſſet mî objectum malum. A. ab quid iſtuc autem eſt Phædria?
P. O fortunatiſſime Antipho. A. egóne? P. cui quod amas, domi eſt;
Nec cum f hujuſmodi unquã uſus venit ut conflictares malo.
A. Mihi domi eſt? immò, quod aiunt, g Auribus teneo lupum.
Nam neq; quo amittam à me, invenio, neq; uti retineam, ſcio.
D. Ipſum iſtuc mihi in hoc eſt. A. eia, ne parùm leno ſies.
Numquid hic confecit? P. hicine? quod homo inhumaniſſimus,
Pamphilã meã vendidit. G. quid? vendidit? A. ain' vendidit?
P. Vendidit. D. quam indignum facinus, ancillã ære emptã ſuo
P. Nequeo exorare, ut maneat, & cum illo ut mutet fidem.
Triduum hoc, dum id, quod eſt promiſſum, ab amicis argentum auſero:
Si non tum dedero, unam præterea horam ne h oppertus ſies.
D. Obtundis. A. haud longũ eſt id quod orat, Dorio: exoret ſine,
Idem hoc tibi, quod benè promeritus fueris, conduplicaverit.
D. Verba iſtæc ſunt. A. Pamphilámne hac urbe privari ſines:
Tum præterea k horum amorem diſtrahi poterin' pati?
D. Neque ego, neque tu. G. l Dii tibi omnes id, quod eſt dignum duint.
D. m Ego te complures advorſum ingenium meum menſes tuli,
Pollicitantem, flentem, & nil ferentẽ: nunc contra hæc omnia
Repperi,

a Ne fallat, & non tueatur pacta; atque fraude aliquâ eludat promiſſum more eorum, qui ſpleniis focalib. aut lana appoſita morbum vulnúſve ſimulant. Nan. Miſc. lib. 11.
b Adagium.
c Duriuſcula blanditio.
d Irriſoriè idem principium & compoſitionem ſervat.
* Bembus, me phaleratis ducas dictis.
e Ellipſis, ſubaudito doleo.
f Hujuſmodi malo, ſcilicet lenone.
g Proverbium in perplexos.
h Ne oppertus, id eſt, ne expectes.
i Antipho quoq; intercedit.
k Maſculinum præponderat.
l Getæ imprecatio.
m Locus à contrariis.

*Repperi,*[n] *qui dat, neq; lacrumet: da locum melioribus.*
A. *Certè herclè, satis si commemini, tibi quidem olim est dies,*
*Quã*[o] *addares huic præstituta.* P. *facilũ.* D. *num ego istuc nego?*
A. *Fámne ea præteriit?* D. *non, verũ ei hæc antecessit.* A. *non pudet*
*Vanitatu?* D. *minimè.*[p] *dum ob rem.* G. *sterquilinium.* P. *Dorie,*
*Itáne tandem facere oportet?* D. *sic sum: si placeo, utere.*
A. *Siccine hunc decipis?* D.[r] *immò enimverò, Antipho, hic me decipit:*
*Nam hic me hujusmodi scibat esse. ego hunc esse aliter credidi*
*Iste me fefellit: ego isti nihilo sum ãquior, ac fui.*
*Sed ut ut hæc sunt, tamen hoc faciã. cras manè argentum mihi*
*Miles se dare dixit, si mihi prior tu attuleris, Phædria,*
*Meâ lege uta, ut potior sit, qui prior ad dandum est. Vale.*

n Lenonis avaritia.
o ἀναπροσδ.
p Ellipsis.
q Correptio.
r Correctio.
s Vafer leno.
t Lenonis decretum.

## ACTUS III. SCENA III.

Arg. Antipho Getam monet, ut argentum inveniat, quod detur lenoni à Phædria.

*Trochaici octonarii, & unus iambicus quaternarius.*

PHAEDRIA, ANTIPHO, GETA.

P.[a] *Quid faciam? unde ego nunc tam subitò huic argentum inveniam miser,*
*Cui minus nihilo est? quòd si hic potuisset nunc exorarier*
*Triduum hoc, promissum fuerat.* P. *Itáne hunc patiemur Geta,*
*Fieri miserum, qui me dudum, ut dixti, adjuverit comiter?*
*Quin, cum opus est, beneficium rursum ei experimur reddere.*
G. b *Scio equidem hoc esse æquom.* A. *age ergò, solus servare*
*hunc potes.*
G. *Quid faciã?* A. *invenias argentũ.* G. *cupio, sed id unde, edoce.*
A. c *Pater adest hic.* G. *scio: sed quid tum?* A. *ab, dictum sapienti*
*sat est.*
G. *Itáne?* A. *ita.* G. *sanè herclè, pulchrè suades: etiã tu hinc abis?*
d *Non triumpho, ex nuptiis tuis, si nil nanciscor mali,*
*Ni etiam nunc me hujus causâ quærere in malo jubeas crucẽ?*
A. *Verum hic dicit.* P. *Quid? ego vobis, Geta, alienus sum?*
G. *haud puto:*
e *Sed par iniquè est, quòd omnibus nunc nobis succenset senex,*
*Ni instigemus etiam, ut nullus locus relinquatur preci?*
P. *Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc abducet locum?*
*Hem! dum igitur licet, dumq; adsum loquimini mecũ, Antipho:*

a Consultatio de pecuniâ, ut amissæ postea triginta minæ plus tubæ faciant.
b Ab æquo & possibili.
c Pater, à quo scilicet emungas.
d Metaphora à victoribus.
e Prudenter hæc Geta.

*Contem-*

*Contemplamini me.* A. *quãobrem? aut quidnam facturus? cedo.*
P. *Quoquò hinc asportabitur terrarum, certum est persequi,*
*Aut perire.* G. *dii bene vortant, quod agas: pedetentim tamen.*
A. *Vide, si quid opis potes adferre huic.* G. *si quid? quid?* A. *quære, obsecro,*
*Ne quid plus minúsve faxit, quod nos post pigeat Geta.*
G. *Quæro, salvos est, ut opinor. verum enim metuo malum.*
A. *Noli metuere: unà tecum bona, maláque tolerabimus.*
G. *Quantũ argenti opus est tibi? loquere.* P. *solæ triginta minæ.*
G. *Triginta? hui, percara est, Phædria.* P. *istæc verò vilis est.*
G. *Age, age, inventas reddam.* P. *ô lepidum caput:* G. *auferte hinc.* P. *jam opus est.*
G. *Jam feres, sed opus est mihi Phormionem adjutorem ad rem hanc dari.*
A. *Præsto est, audacissimè oneris quidvis impone, & feret:*
*Solvs est homo amico amicus.* G. *eamus ergò ad eum ociùs.*
P. *Ah, dic, præsto ut sit domi:*
A. *Numquid est, quod meâ operâ vobis opus sit?* G. *nil, verùm abi domum, &*
*Illam miseram, quam ego nunc intùs scio esse exanimatam metu,*
*Consolare: cessas?* A *nihil est, æquè quod faciam lubens.*
P. *Quâ viâ istuc facies?* G. *dicã in itinere: modò te hinc amove.*

f Amantis desperatio.
g Repetitio fastidientis.
h Dictum veterum amicorum.
i Phormio opitulatur.
k Paræmia
l Discedere cupit.

## ACTUS IV. SCENA I.

Arg. Demipho & Chremes colloquuntur ambo natu grandes: narrat hic illi, cur in Lemno diutiùs hæserit: fit & mentio nuptiarum Antiphonis.

*Iambici senarii.*

DEMIPHO, CHREMES.

D. *Quid? quâ profectus causâ hinc es Lemnum, Chremes?*
*Adduxti'n' tecum filiam?* C. *non.* D. *quid ita non?*
C. *Postquam videt me ejus mater hîc esse diutiùs,*
*Simul autem non manebat ætas virginis*
*Meam negligentiam: ipsam cùm omni familiâ ad*
*Me profectam esse aiebant.* D. *quid illic tam diu*
*Quæso igitur commorabare, ubi id audiveras?*
C. *Pol me detinuit morbus.* D. *unde? aut qui?* C. *rogas?*
*Senectvs ipsa est morbus: sed venisse eas*
*Salvas audivi ex nauta, qui illas vexerat.*

a Simplex narratio.
b Quærit causam moræ.

D. *Quid*

D. Quid gnato obtigerit me absente, audistin' Chreme?
C. Quod quidem me c factum consilii incertum facit:
Nam hanc d conditionem, si cui tulero extrario,
Quo pacto, aut unde mihi e sit dicendum ordine est.
Te mihi fidelem esse aequè, atque egomet sum mihi,
Scibam. f ille si me alienus affinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas.
Sin frèverit m; plùs quàm opus est scito sciet:
Vereórque, ne uxor aliquâ hoc resciscat mea.
Quod si sit: uti me excutiam, atque egrediar domo,
Id restat: nam ego meorum solus sum meus.
D. Sciita esse, & istæc mihi res sollicitudini est.
Neque de fatiscar g unquam ego experirier,
Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.

c Factum scilicet nuptiarum.
d Vide Rivius.
e Filia scilicet.
f Honesta & familiaris locutio.
g Prisc. legit usque, vide Nannium.

## ACTUS IIII. SCENA II.

Arg. Tota hæc scena est Getæ exultantis, duos sibi senes offerri, quos fallere possit.

*Ejusdem generis.*

GETA.

a EGo hominem callidiorem vidi neminem,
Quàm Phormionem. b venio ad hominem, ut dicerem
Argento opus esse, & id quo pacto fieret:
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
c Gaudebat: me laudabat: quærebat senem,
Diis gratias agebat, tempus sibi dari,
Ubi Phædriæ se ostenderet nihilo minùs
Amicum esse, quam Antiphoni, d hominem ad forum
Jussi operire, eò me esse adducturum senem.
Sed eccum ipsum: quis est ulterior? at at Phædriæ
Pater venit: e sed quid pertimui autem bellua!
An quia, quos fallam, pro uno duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe utier.
Petam f hinc, unde à primo institui: is si dat, sat est:
Si ab hoc nil fiat, tum hunc adoriar hospitem.

a Exultantis verba
b Venuste & comice hominem reperit.
c Utrique cupit gratari.
d Jucunde] hominem tertiò reperit.
e Servilis] sententia.
f Hinc, id est, ab hoc, Demiphone scilicet.

## ACTUS IIII. SCENA III.

Arg. Geta cudit argentum Phædriæ.

*Ejusdem dimensionis.*

ANTIPHO, GETA, CHREMES, DEMIPHO.

a Hæc secum loquitur, mentis divortium.

A.[a] *Exspecto quàm mox recipiat huc sese Geta;*
*Sed patruum cum patre video astantem: hei mihi,*
*Quàm timeo adventus hujus quò impellat patrem!*
G. *Adibo hoscè: ô noster Chremes.* G. *salve Geta.*

b Viam ad epitasin facit simul etiam cudit argentũ Phædriæ.

G.[b] *Venire salvom volupe est.* C. *credo.* G. *quid agitur?*
C. *Multa advenienti, ut fit, nova hîc compluria.*
G. *Ita de Antiphone audistin' quæ facta?* C. *omnia.*
G. *Tún' dixeras huic? facinus indignum Chreme,*
*Sic circumiri.* D. *cum hoc id agebam commodum.*

c Vide callidum assentatorem.

G.[c] *Nam hercle ego quoq; id quidem mecum agitans sedulò*
*Inveni, opinor, remedium huic rei.* D. *quid Geta?*

d Narratio facta ad fallendum senem.

*Quod remedium?* G.[d] *ut abii abs te, fit fortè obviam*
*Mihi Phormio.* C. *qui Phormio?* G. *ũ, qui istanc.* C. *scio.*
G. *Visum est mihi, ut ejus tentarem sententiam.*
*Prehendo hominem solum:* C. *cur non, inquam Phormio,*

e Getæ persuasio à spe commodi.

*Vides inter vos si hæc potiùs cum bonâ*
*Ut componantur gratiâ quàm cum malâ?*
*Herus liberalis est, & fugit ansitium:*
*Nam cæteri quidem hercle amici omnes modò*
*Uno ore auctores fuêre, ut præcipitem hanc daret.*
A. *Quid hic cœptat? aut quo evadet hodie?* G. *an legibus*
*Daturum pœnas dices, si illam ejecerit?*
*Jam id exploratum est: eia[f] sudabit satis,*
f μιλαφερωῶς *Si cum illo incœptas homine: eâ eloquentiâ est.*

g Pone, Græcè, τίθει quod vel fac, vel finge dicunt.

*Verùm[g] pone esse vitium eum: at tandem tamen*
*Non caput ejus res agitur, sed pecuniæ.*
*Postquam hominem his verbis sententiâ mollirier,*
*Sol sumus nunc hic, inquam, eho dic, quid velis dari*
*Tibi in manum, ut herus his desistat litibus,*
*Hæc hinc facessat, tu molestus ne sies?*
A. *Satin' illi Dii sunt propitii?* G. *nam sat scio.*

h Decora locutio.

*Si[h] tu aliquam partem æqui bonique dixeris,*
*Ut ille est bonus vir, tria non commutabitis*
*Verba hodie inter vos.* D. *quis te istæc jussit loqui?*
C. *Immò non potuit melius pervenirier*
*Eò, quò nos volumus.* A. *i occidi.* C. *perge eloqui.*
G. *At primò homo insanibat.* C. *cedo, quid postulat?*

i Exclamatio consternati.

G. *Quid?*

G. *Quid? nimium: quantum libuit.* C. *dic.* G. *si quis daret*
k *Talentum magnum.* C. *immò malum hercle: ut nihil pudet!*
G. *Quod dixi adeò ei: quæso, quid si filiam*
*Suam unicam locaret? parvi retulit*
*Non suscepisse; inventa est, quæ dotem petat.*
*Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias;*
*Hæc denique ejus fuit postrema oratio:*
l *Ego, inquit, jam à principio amicè filiam,*
*Ita ut æquom fuerat, volui uxorem ducere:*
*Nam mihi veniebat in mentem ejus incommodum,*
*In servitutem pauperem ad ditem dari.*
*Sed mihi opus erat, ut apertè tibi nunc* m *fabuler,*
*Aliquantulum quæ afferret, qui dissolverem*
*Quæ debeo: & etiam nunc, si volt Demipho*
*Dare, quantum ab hac accipio, quæ sponsa est mihi,*
*Nullam mihi malim, quàm istanc, uxorem dari.*
A. *Utrùm stultitiâ facere ego hunc, an malitiâ*
*Dicam, scientem, an imprudentem, incertus sum.*
D. n *Quid, si animam debet? G. ager appositu' st pignori*
o *Ob decem minas, inquit.* D. *age, age, jam ducat: dabo.*
G. *Ædiculæ item sunt ob decem alias.* D. *hoi, hui,*
*Nimium est.* C. *ne clama: petito hasce à me decem.*
G. *Uxori emunda ancillula est: tum autem pinsculâ*
*Supellectile opus est, opus sumptu ad nuptias:*
*His rebus pone sanè, inquit, decem minas.*
D. *Sexcentas proin potiùs scribito jam mihi* p *dicas:*
*Nihil do: impuratus me ille ut etiam irrideat!*
C. q *Quæso, ego dabo, quiesce: tu modo filius*
*Fac ut illam ducat, nos quàm volumus.* A. *hei mihi,*
*Geta occidisti me tuis fallaciis.*
C. *Meâ causâ ejicitur: me hoc æquum est amittere.*
G. *Quantum potes, mecertiorem, inquit, face*
*Si illam dant, hanc ut omittam, ne incertus siem:*
*Nam illi mihi dotem jam constituerunt dare.*
C. r *Jam accipiat; illis repudium renunciet:*
*Hanc ducat.* D. *quæ quidem illi res vortat malè.*
C. *Opportunè adeo nunc argentum mecum attuli,*

k Talentum magnũ lxxx. libræ.

l Responsum & petitio Phormionis.

m Fabuler, restè, quia re verâ fabulabatur.

n Proverbium

o Astutè, non simul xxx. minas proturbare, ne parcum senem terreat.

p Dicas hoc loco orationes, sive causas expensarum significare videtur. Vid. Nan. Misc. lib. II.

q Chremes viginti minas dat: Demipho decem.

r Chremes sententiam ferit, argentum dat.

Surgio pa-
ratur locus.

fructum, quem Lemni uxoris reddunt prædia;
Id sumam: uxori tibi opus esse, dixero.

## ACTUS IV. SCENA IV.

Arg. Objurgat Antipho Getam, cujus operâ se in periculum venisse putat, ne extrudatur conjux: idem ab eodem placatur.

*Ejusdem generis.*

### ANTIPHO, GETA.

A. [a] GEta. G. hem. A. quid egisti? G. emunxi argento senes.
A. Satin' id est? G. nescio hercle: tantum jussus sum.
A. Eho, verbero, aliud mihi respondes, ac rogo?
G. Quid ergò narras? A. quid ego narrem? operâ tuâ,
* Adrestim mihi quidem res rediit planissimè:
Ut te quidem omnes Dii, Deæ, superi, inferi,
Malis exemplis perdant: hem, si quid velis,
[b] Huic mandes, quod quidem rectè curatum velis,
[c] Qui te ad scopulum è tranquillo inferat.
Quid minùs utile fuit, quàm hoc ulcus tangere,
Aut nominare uxorem? injecta est spes patri;
Posse illam extrudi. cedo, nunc porrò Phormio
Dotem si accipiet, uxor [d] ducenda est domum:
Quid fiet? [e] G. non enim ducet. A. novi: cæterùm
Cum argentum repetent, nostra causa scilicet
* In nervum potiùs ibit. G. NIHIL est, Antipho,
Quin male narrando possit depravarier:
Tu id, quod bonè est, excerpe: dicis, quod mali est.
Audi nunc contrà jam; si argentum acceperit,
Ducenda est uxor, ut ais. [f] concedo tibi:
Spatium quidem tandem apparandis nuptiis,
Vocandi, sacrificandi dabitur paululùm.
Intereà quod polliciti sunt argentum, dabunt.
Id istis reddet. A. quamobrem? aut quid dicet? G. rogas?
[g] Quot res? post illa monstra evenêrunt mihi:
Introiit in ædes ater alienus canis.
Anguis per impluvium decidit de tegulis:
Gallina cecinit, interdixit hariolus,
Haruspex vetuit [h] ante brumam aliquid novi
Negotî incipere; quæ causa est justissima.
Hæc fient, A. ut modò fiant. G. fient: me vide.

Peter

[a] Epitasis, nam in periculum venit Antipho, ne extrudatur conjux.
* Quâ scilicet me suspendam.
[b] Ironicè.
[c] Proverbium.
[d] Ducenda necessitatem indicat.
[e] Proverbium à sagittariis tractum.
* Vid. Nan. Misc. lib. 11.
* In vincula Nam qui solvendo olim non erant vincti tradebantur creditoribus, donec operâ pensarent creditum.
[f] Concessio enim exceptione.
[g] Prodigia nuptias remorantia.
[h] Ante brumam, id est, antequam dies decrescant.

*Pater exit: abi, dic, esse argentum, Phædria.*

## ACTUS IV. SCENA V.

Arg. Colloquuntur senes de tradendo Phormioni argento, Chremes Demiphonem instigat, ut argentum solvere festinet.

*Iambici octonarii.*

DEMIPHO, GETA, CHREMES.

D.[1] Quietus esto, inquâ: ego curabo; ne quid verbûm duint. *Hoc temere nunquam amittam ego à me, quin mihi testes adhibeam,* (a) Hæc Demipho ad fratrem Chremetem.

*Cùm dem, & quam ob rem dem, commemorabo.* G. (b) *ut cautus est, ubi nihil opus est?* (manet. (b) Geta hæc secum irrisoriè.

C. *Atqui ita opus est facto; at matura, dum lubido eadem hæc*

(c) *Nam, si altera illa magis instabit, forsit an nos rejiciat.* (c) Approbat consilium.

G. *Rem ipsam putâsti.* D. *duc me ad eum ergò.* G. *non moror.*

C. *ubi hoc egeris,*

*Transito ad uxorem meam, ut conveniat hanc priùs, quàm hinc abeat;*

*Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, nè succenseat:*

*Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior;*

*Nos nostro officio nihil egressos esse; quantum* (d) *is voluerit,* (d) Is, Phormio scilicet.

*Datum esse dotis.* D. *quid,* (e) *malum, tuâ id refert?* C. *magni,* (e) Malum, indignantis.

*Demipho.*

D. *Non sat, tuum officium te fecisse, si non id fama approbat?*

C. *Volo ipsius quoq; voluntate hoc fieri, ne se ejectâ prædicet,*

D. *Idè ego istuc facere possiũ.* C. (f) *mulier mulieri magis congruet.* (f) Adagium.

D. *Rogabo.* C. *ubi nunc illas ego reperire possim, cogito.*

## ACTUS V. SCENA I.

Arg. Hæc scena continet mutuam agnitionem Sophronæ nutricis & Chremetis. Chremes ex eâdem nutrice discit filiam suam Phanium nuptam esse Antiphoni, quæ res ingentem ei lætitiam affert: cavet item ne uxor hoc resciscat.

*Octonarii iambici, catalectici, & acatalectici, & iambicus quaternarius unus, mistis aliquot trochaicis octonariis.*

SOPHRONA, CHREMES.

s.[1] Quid agam? *quem mihi amicum inveniam miseræ? aut cui consilia* (a) Occasio catastrophes.

*Hæc referam? aut unde nunc mihi auxilium petam? nam vereor,*

(b) *Hera ne ob meum suasum indignè injuria afficiatur:* (b) Hera, id est, Phanium.

*Ita patrem adolescentis facta hæc tolerare audio violenter.*

c. c *Nam quæ hæc est * anus exanimata, à fratre quę egressa est meo?*

s. *Quod ut facerem, egestas me impulit; cum scirem infirmo Hasce esse nuptias, ut id consulerem, interea rè vita Ut in tuto foret.* c. *certè ædepol, nisi me animus fallit, Aut parum oculi profuiciunt, meæ nutricem gnatæ video.*

s. *Neque ille investigatur.* c. d *quid agam? s. qui est ejus pater.* c. *ædeón',*

*An meo, dum ea, quæ loquitur, magis cognosco? s. quod si eum nunc Reperire possim, nihil est quod verear.* c. *ea ipsa est, colloquar,*

s. e *Quis hic loquitur?* c. *Sophrona. s. & meum nomen nominat?* c. *ad me respice.*

s. f *Dij, obsecro vos: est ne hic Stilpho?* c. *non. s. negas!*

c. g *Concede hinc paululũ à foribus istorsùm sodes, Sophrona? Ne me istoc posthac nomine appellassis. s. quid? * non is obsecro es,*

*Quem semper te esse dicitâssi? c. ſt. s. quid has metuis foresi?*

c. h *Concluſam hîc habeo uxorem ſęvam: verũ istoc de nomine Eò perperàm olim dixi, ne vos forte imprudentes foris Effutiret is, atque id porrò aliqua uxor mea resciſceret.*

s. *Hem, istoc pol nos te hîc invenire miserę nunquã potuimus.*

c. k *Eho, dic mihi, quid tibi rei est cũ familiâ hâc, unde exis? aut ubi (gnata.*

*Illæ sunt? s. miseram me!* c. *hem, quid est? vivúne ne? s. vivit.*

l *Matrem ipsam ex ægritudine miseram mori, cęnsęcuta est.*

c. *Malè falli. s. ego autẽ, quę essem anus deserta, egẽs, ignota, Ut potui, virginem nuptam locavi huic adolescenti, Harum qui est dominus ædium.* c. * *Antiphonine? s. hem, isti ipsi.* c. *quid,*

*Duásne is uxores habet? s.* m *au, obsecro, unam ille quidem hanc solam.*

c. *Quid illa altera, quæ dicitur cognata? s. hæc ergo est.* c. *quid ais?*

*s. Compositò est factum, quo modo hanc amans habere posset Sine dote.* c. n *Dij vestram fidem, quàm: sæpè fortè temerè Eveniunt, quæ non audias optare! offendi adveniens,*

*Quicum*

---

e Nam quæ figuratè ἀνασκοπῶ pro quæram. * Bembus, anus est.

d Deliberatio.

e Jam planè novit.

f Invocatio gaudentis.

g Time proditionem.

* Bembus, non obsecro is.

h Aperit fictionem.

i Istoc nomine, scilicet, Stilphonis.

k Sollicitè de suis inquirit.

l Mors uxoris, modestè pronunciada.

* Jo. Rivius legit, Antiphonine inquam.

m Au fastidientis.

n Exclamatio gaudentis.

*Quicum volebam, atq; ut volebam, collocatam filiam:*
*Quod nos ambo opere maximo dabamus operam, ut fieret,*
*Sine nostrâ curâ maximâ suâ curâ o hæc sola fecit.*
*s. Nunc quid facto est opus, vide. p pater adolescentis venit.*
*Eumq; animo iniquo hoc oppidò ferre aiunt. c. nihil periculi est.*
*q Sed per Deos atque homines, meam esse hanc, cave resciscat*
*quisquam.*
*s. Nemo ex me scibit. c. sequere me: cætera intùs audies.*

o Hæc, Sophrona scilicet.
p Pater Demipho scilicet.
q Adjurat, ut celet.

## ACTUS V. SCENA II.

Arg. Demipho seipsum excusat, quòd dum avaritiæ maculam studet effugere, in stultitiæ reprehensionem inciderit, dolet enim Phormioni datum esse argentum.

*Iambici octonarii cataletici.*

DEMIPHO, GETA.

*D. NOstrâ pte culpâ facimus, ut malos expediat esse,*
*Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos.*
*Ita fugias, ne præter casam, quod aiunt: nonne id satis erat,*
*Accipere ab illo injuriâ? etiam argentum est ultrò objectum ei,*
*Ut sit quî vivat, dum aliquid aliud flagitii conficiat.*
*G. Planissimè. D. a his nunc præmium est, qui recta prava faciunt.*
*G. Verissimè. D. ut sit, aliissimè quidem illi rem gesserimus.*
*G. b Modò ut hoc consilio possit discedi, ut istam ducat.*
*D. Etiámne id dubium est? G. haud scio hercle, ut homo est, an*
*mutet animum.*

a Sententia nimium vera.
b Timorem injicit.

*D. Hem mutet autem? G. nescio: verùm si fortè, dico.*
*D. Ita faciam, ut frater censuit, uxorem huc ejus adducam,*
*Cum istâ ut loquatur, abi Geta: prænuncia hanc venturam.*
*G. c Argentum inventum est Phædriæ: de jurgio siletur:*
*Provisum est, ne in præsentiâ hæc hinc abeat: quid nunc porrò?*
*Quid fiet? in eodem luto hæsitas: d vorsuram solves*
*Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ cres-*
*cunt.*
*Nisi prospicis, nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,*
*Ne quid vereatur Phormionem, aut ejus orationem.*

c Geta insultans commoda enumerat.
d Vorsuram solvere, est, creditorem mutare.

## ACTUS V. SCENA III.

Arg. apud Demiphonem queritur Nausistrata, suum viri Chremetis negligentiâ minui patrimonium.

*Iambici octonarii & cataletici.*

DEMIPHO, NAUSISTRATA, CHREMES.

A Gedum ut soles, Nausistrata, fac ut illa [a] plaudatur nobis: Ut suâ voluntate id, quod est faciendum faciat. N. faciam. D. Pariter nunc operâ me adjuves, ac dudum re opitulata es. N. [b] Factum volo: ac pol queo minus viri culpâ, quàm me dignum est.

D. Quid autem? N. quia pol mei patris benè parta indiligenter Tutatur: nam ex his prædiis talenta argenti bina Capiebat stratim hem, vir viro quid præstat! D. bina, quæso? N. Ac rebus vilioribus multò, tamen talenta bina. D. hui: N. Quid hæc videntur? D. scilicet. N. virum ne natam vellem: Ego offenderem. D. certè scio. N. quo pacto? D. [c] parce sodes, Ut possis cum illâ: ne te adolescens mulier defatiget. N. Faciam, ut jubes. sed meum virum abs te exire video. C. hem Demipho,

[d] Jam illi datum est argentum? D. curavi illicò. C. nollem datum.

Hei, [e] video uxorem: penè plus, quàm sat erat. D. cur nolles Chreme? C. Jam rectè. D. quid tu? ecquid locutus cum ist â es, quamobrem hanc ducimus? - - - - - - - - - - - -

C. Transegi. D. quid ait tandem? C. abduci non potest. D. quid non potest? C. Quia [f] uterq; utriq; est cordi. D. quid istuc nostrâ? C. magni. præterhæc,

Cognatam comperi esse nobis? D. quid? deliras? C. sic erit: Non temerè dico, vedi mecũ in memoriam. D. sati' ne sanus es? N. Au, obsecro vide, ne in cognatam pecces. D. non est. C. ne nega. Patris nomen aliud dictũ est. hoc tu errâsti. D. non nôrat patrẽ. C. Nôrat. D. cur aliud [g] dixit? C. nunquam hodie concedes mihi, neque - - - - - - - - -

Intelliges? D. si tu nil narres. C. pergis? N. miror, quid hoc siet. D. [h] Equidem hercle nescio. C. vin' scire? ac ita me servet Jupiter,

Ut propior illi, quàm ego sum, ac tu nemo est homo. D. Dii vostram fidem!

Eamus ad ipsam unà omnes nos: aut scire, aut nescire hoc volo. C. ah,

D. Quid

a Hortatur ut Phanium placatam reddat.

b Conqueritur de viri negligentiâ.

c Parce dubium adverbium ne sit, animperativũ d Altera ὀυτερότερος pars de pecuniâ temerè effusâ.

e Vir timidus uxore præsente non audet loqui. f Valla eleg. lib. III. cap. III. uterque alteri.

g Dixit, Phormio scilicet.

h Scabrosus sermo ob uxoris præsentiam.

D. *Quid est?* C. *itáne parvam mihi fidē esse apud te?* D. *vin' me*
*Vin' satis quæsitū mihi istuc esse, age fiat. quid illa filiæ credere*
*Amici nostri, quid futurū est?* C. *recte.* D. *hanc igitur mittimus?*
C. *Quid ni?* D. *illa maneat?* C. *sic.* D. *ire igitur tibi licet, Nau-*
*sistrata.*
N. *Sic pol commodius esse in omnes arbitror, quàm, ut cœperas*
*Manere* i *hanc: nam perliberalis visa est, cum vidi, mihi.* i Hanc, Phanium scilicet.
D. *Quid istuc negotii est?* C. *jámne operuit ostium?* D. *jam.* C. *ô*
*Jupiter,*
*Dii nos respiciunt: gnatam inveni nuptam cum tuo filio.* D. *bem*
*Quo pacto id potuit?* C. *non satis tutus est ad narrandū hic locus?*
D. *At tu intrò abi.* C. *heus, ne filii nostri quidem hoc resciscant,*
*volo.*

## ACTUS V. SCENA IV.

Arg. Antipho redemptam Phædriæ amicam gratulatur: seque involutum his malis queritur, unde expediri nequeat.

*Iambici octonarii catalectici.*

### ANTIPHO.

*Lætus sum, ut ut meæ res sese habent,* a *fratri obtigisse* a Fratri, Phædriæ scilicet.
*quod volt.*
*Quàm scitum est ejusmodi parare in animo cupiditates,*
*Quas, cum res adversæ sient, paulò mederi possis!*
*Hic simul argentum repperit, cur á se se expedivit.*
*Ego nullo possum remedio me evolvere ex his turbis,*
*Quin, si hoc celetur, in metu; sin patefit, in probro siem.*
*Neque me domum nunc reciperem, ni mihi esset spes ostensa*
*Hujusce habendæ. sed ubinam Getam invenire possum, ut*
*Regem, quod tempus conveniendi patris me capere jubeat?*

## ACTUS V. SCENA V.

Arg. Adnumeratam esse lenoni pecuniam narrat Phormio: & quasi re bene gesta, nunc se curaturum curriculam dicit.

*Iambici octonarii acatalectici.*

### PHORMIO, ANTIPHO.

P. *Argentum accepi, tradidi lenoni: adduxi mulierem.*
A. *Curavi propriā eā Phædriæ ut potiretur: nam emissa* a Collocatur pecunia extorta senibus, quæ repetita postea miras tragœdias excitabit.
*est manu.*
*Nunc una res mihi etiam restat, quæ est conficiunda, otium*
*A senibus ad potandum ut habeam: nam aliquot hos sumam*
*dies.*

A. *Sed*

b De fratre inquirit.

A. *Sed Phormio est: quid ais?* P. *quid?* A. b *quidnam nunc facturus Phædria?*
*Quo pacto satietatem amoris ait se velle sumere?*
P. *Vicissim partes tuas acturus est.* A. *quas?* P. *ut fugitet patrem*
*Te suam rogabit rursum ut ageres causam, ut prose diceres;*
*Nam potaturus est apud me · ego me ire senibus Sunium*
*Dicam ad mercatũ, ancillulã emptum, quam dudũ dixit Geta.*
*Ne, cùm hic non videant me, conficere credant argentũ suum;*
*Sed ostium concrepuit abs te.* A. *vide quis egreditur.* P. *Geta est.*

## ACTUS V. SCENA VI.

Arg. Geta Antiphoni nunciat Phanium inventam esse Chremetis filiam.

*Trochaici octonarii catalectici & iambici senarii.*

GETA, ANTIPHO, PHORMIO.

a Fortuna instabilis Dea: Fors fortuna, bonus eventus

a *O Fortuna, ó fors fortuna, quantu commoditatibus*
*Quàm subitò hero meo Antiphoni ope vestrâ hunc*
*onerâstis diem!*
A. *Quidnã hic sibi volt? G. nosq; amicos ejus exonerâstis metu?*
*Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum hunc onero pallio,*
*Atque hominẽ propero invenire, ut hæc, quæ contigerint sciat.*
A. *Num tu intelligis, quid hic narreti?* P. *num tu?* A. *nihil.* P. *ian-*
*tundem ego.*
G. *Ad lenonẽ hinc ire pergã: ibi nãc sunt.* A. *he? Geta.* G. *hẽ tibi*
*Num mirum, aut novum est, revocari, cursum cùm instituerit*
A. *Geta.*

b Geta herili nondum agnoscit.

G. b *Pergit: herclè tu nũquã tuo odio vinces me.* A. *non manes?*
G. *Vapulabis, curialis vernula est, qui me vocat.*
A. *Id tibi quidem jam fiet, nisi restitis verbero.*
G. *Familiariorem oportet esse hunc, qui minitatur malum:*
*Sed is ne est, quem quæro, an non? ipsus est.* P. *congredere actutum.* A. *quid est?*

c Geta maximus assentator.

G. c *O omnium quantũ est, qui vivant, hominum homo bono-*
*Nã sine controversiã à Diis solus diligere Antipho. (tatissime:*
A. *Ita velim, sed quî istuc credam ita esse, mihi dici velim.*
G. *Satin' est, si te delibutum gaudio reddo?* A. *enecas.*
P. *Quin tu hinc pollicitationes aufer, & quod fers, cedo.* G. *oh,*
*Tu quoque hîc aderas, Phormio?* P. *aderam: sed cessas?* G. *accipe*
*hem,*

Ut

d *Vt modò tibi argentum dedimus apud forum, rectà domum*
*Sumus profecti: interea mittit herus me ad uxorem tuam*
A. *Quãobrẽ? G. omitto proloqui: nãnihil ad hãc rẽ est Antipho*
*Vbi in Gynaceum ire occipio, puer ad me accurrit Mida.*
*Pone apprehendit pallio, resupinat; respicio; rogo,*
*Quamobrẽ retineat me: ait esse vetitũ intrò ad herã accedere:*
*Sophrona modò fratrẽ huc inquit, senis introduxit Chremem.*
*Eumq; nunc esse intus cum illis: hoc ubi ego audivi, ad fores*
e *Suspensa gradu placide ire perrexi: accessi; adstiti:*
*Animam compressi: aurem admovi: ita animũ cœpi attendere.*
*Hoc modo sermonẽ captans. A. f euge, Geta. G. hic pulcherrimũ*
*Facinus audivi: itaq; panè hercle exclamavi gaudio.*
P. *Quod? G. quodnã arbitrare? A. nescio. G. atqui mirificissimũ:*
*Patruus tuus est pater inventus Phanio uxori tuæ. A. hem,*
*Quid ait? G. cũ ejus olim consuevit matre in Lemnio clanculũ.*
P. *Somnium! utin' hæc ignoraret suũ patrẽ? G. aliquid creditò,*
h *Phormio esse causæ: sed me censẽ potuisse omnia*
*Intelligere extra ostium, intus quæ inter sese ipsi egerint?*
P. *Atq; hercle ego quoq; illã audivi fabulam. G. imò etiã dabo,*
*Quò magis credas. patruus interea indè huc egreditur foràs,*
*Haud multò post cum patre idẽ recipit se intrò denuò:*
*Ait uterque tibi potestatem ejus habendæ se dare:*
*Denique ego sum missus, te ut requirerem, atque adducerem.*
A. *Hem, quin ergo? rape me: quid cessas? G.* k *fecero. A. ó mi*
*Phormio!*
*Vale. P. vale Antipho. benè, ita me dii ament, facẽtũ, & gaudeo.*
l *Tantam fortunam de improviso esse his datam!*
*Summa eludendi occasio est mihi nunc senes,*
*Et Phædriæ curam adimere argentariam,*
*Ne cuiquam suorum æqualium supplex siet:*
*Nam idem hoc argentum ita ut datum est ingratiis,*
*His datum erit: hoc quî cogam, re ipsâ repperi.*
*Nunc gestus mihi, vultusq; est capiundus novus.*
*Sed hinc concedam in angiportum* * *hunc proximum;*
*Inde hisce offendam me, ubi erunt egressi foràs:*
*Quò me assimularam ire ad mercatum, non eo.*

d Narratio planè Comica, exponens catastrophen

e Auscultationem ipsam mirè exprimit.

f Catastrophe periculorum Antiphonis.

g Consuevit, honestè dixit.

h Studet compendio.

i Dabo, id est, dicam.

k Fecero prosaciam, eleganter.

l Phormio hæc secum.

* Ita Priscianus, lib. vi. alii hoc legunt,

Arg. Cognitâ Phanio, senes à Phormione pecuniam repetunt. Phormio negat se redditurum: hinc contentio inter eos oritur.

*Ejusdem generis.*

## DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

a Gratiarum actio de secundo rerum eventu.

D. a Dîs magnas meritò gratias habeo, atque ago,
Quando evenêre hæc nobis frater prosperè.
Quantum potest nunc conveniendus Phormio est,
Priusquàm dilapidet nostras triginta minas,
Vt auferamus. P. Demiphonem si domi est,
Visam: ut b quod. D. at nos ad te ibamus, Phormio.
P. De eâdem hâc fortasse causâ? D. ita hercle. P. credidi,
c Quid ad me ibatis? ridiculum: an verebamini,
Ne non id facerem, quod recepissem semel?
Heus, quanta quanta hæc mea paupertas est, tamen
Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mi esset fides.
C. Estne ea ita, ut dixi, liberalis? D. oppidò.
d P. Itaque ad vos venio nunciatum, Demipho,
Paratum me esse: ubi voltis, uxorem date.
Nam omnes posthabui mihi res, ita uti par fuit,
Postquam, tantopere id vos velle, animum adverteram.
e D. At hic dehortatus est me, ne illam tibi darem:
Nam, qui rumor erit populi, inquit, si id feceris?
Olim cum honestè potuit, tum non est data;
Nunc viduam extrudi, turpe est: fermè eadem omnia,
Quæ tute dudum coram me incusaveras.
f P. Satin' superbè illuditis me? D. f quid? P. rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere:
Nam quo redibo ore ad eam, quam contempserim?
g C. Tum autem Antiphonem video ab se amittere.
Invitum eam, inquе. D. tum autem video filium
Invitum sanè mulierem ab se amittere.
Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi
Argentum jube rursum h rescribi, Phormio.
P. Quod ne ego perscripsi porrò illis, quibus debui?
D. Quid igitur fiet? P. i si vis mihi uxorem dare,
Quam despondisti, ducam: sin est, ut velis
Manere apud te illam, his dos maneat, Demipho:

b Quod, id est, quamobrem.
c Jactantia de fide.
d Parasiti astus.
e Vafrè retorquet rationes.
f Qui, id est, quomodo, quanquam fortè & plurale videri potest.
g Hæc Demiphoni clanculum suggerit Chremes.
h Rescribi, id est, remunerari.
i Divisio, color.

Nam

k *Nam non eſt æquom me præter vos decipi?* ..... k Ab æquo & honeſto.
*Cum ego veſtri honoris causâ repudium alteri*
*Remiſerim, quæ tantundem dotis dabat.*
D. *I hinc in malam rem cum iſtac magnificentiâ,*
*Fugitive: etiam nunc credis te ignorarier,*
*Aut tua facta adeò?* P. *irritor.* D. *túne hanc duceres,*
*Si tibi data eſſet?* P. *ſac periculum.* D. *ut filius*
*Cum illâ habitet apud te, hoc veſtrum conſilium fuit.*
P. *Quæſo, quid narras?* D. *quin tu mihi argentum cedo.*
P. *Immò verò tu uxorem cedo.* D. *in jus ambula.*
P. l *In jus? enimvero, ſi porrò eſſe odioſi pergitis.* l Apoſiopeſis minaci vultu.
D. *Quid facies?* P. *egone? vos me indotatis modò*
*Patrocinari fortaſſe arbitramini.*
*Etiam dotatis ſoleo.* C. *quid id noſtrâ?* P. *nihil.*
*Hic quandam nóram, cujus vir uxorem.* C. *hem.* D. m *quid eſt?* m Apertius loquens intercipitur.
P. *Lemni habuit aliam.* C. *nullus ſum.* P. *ex quâ filiam*
*Suſcepit: & eam clam educat.* C. *ſepultus ſum.*
P. n *Hæc adeò illi jam denarrabo.* C. *obſecro,* n Epitaſis alterius partis in fabulâ, Chremes terretur.
*Ne facias.* P. *oh, tún' is eras?* D. *ut ludos facit?*
C. *Miſſum te facimus.* P. *fabulæ.* C. *quid vis tibi?*
*Argentum quod habes, condonamus te?* P. *audio:*
o *Quid vos, malùm, ergo me ſic ludificamini*
*Inepti veſtra puerili ſententia?* o Invectio in ſenes.
p *Nolo, volo: volo, nolo rursùm: cedo, cape,*
*Quod dictum indictum eſt: quod modò erat ratũ, irritum eſt.* p Inconſtantes.
C. * *Quo pacto aut unde hæc hic reſcivit?* D. *neſcio,* * Miratur unde ſciverit.
*Niſi, me dixiſſe nemini, id certò ſcio.*
C. *Monſtrò ita me dii ament, ſimile.* P. q *injeciſ crupulũ.* D. *hem,* q Proverbium.
*Hiccine ut à nobis hoc tantum argenti auferat,*
*Tam apertè irridens! emori herclè ſatius eſt:* r Stomachosè ad lites concitat.
*Animo virili præſentiq́, ut ſis, para.*
*Vides tuum peccatum eſſe elatum foràs,* A neceſſarie, Ab honeſto, Ab utili.
*Neq́ jam id celare poſſe te uxorem tuam:*
*Nunc quod ipſa ex alio auditura ſit, Chreme,*
*Id noſmet indicare, placabilius eſt.*
*Tum hunc impuratum, poterimus noſtro modo* ſ Metaphora ab avibus inviſcatis.
*Ulciſci.* P. ſ *at, at, niſi mihi proſpicio, hæreo:*

*Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.*
C. *At vereor, ut placari possit.* D. *bono animo es:*
*Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme,*
*Cum è medio excessit, unde hæc suscepta est tibi.*
P. *Itáne mecum agitis? satis actutè aggredimini:*
*Non herclè ex re istius me instigâsti Demipho.*
*Ain' tu, ubi peregrè, tibi quod lubitum fuit, feceris,*
*Neq; hujus sis veritus fœminæ primariæ,*
*Novo modo ei quin faceres contumelias;*
*Venias nunc precibus* t *lautum peccatum tuum?*
*Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,*
*Ut ne restinguas, lacrumis* u *si extillaveris.*
D. *Malum, quid isti Dij, Deæq; omnes duint.*
x *Tantáne affectum hominem quemquam esse audaciâ?*
*Nonne,* * *hoc publicitus scelus hinc deportarier*
*In solas terras?* C. *in id redactus sum loci,*
*Ut nesciam prorsùs, quid agam cum illo.* D. *ego scio:*
*In jus eamus.* P. *in jus? huc, si quid lubet.*
D. *Assequere, ac retine, dum huc ego servos evoco.*
C. y *Etenim solus nequeo: accurrehuc.* P. *una* z *injuria est*
*Tecum.* C. *lege agito ergò.* P *altera est tecum Chreme.*
D. *Rape hunc.* P. *itáne agitis? eninverò voce est opus.*
*Nausistrata exi.* C. *os opprime.* D. *impurum vide,*
*Quantum valet.* P. *Nausistrata inquam.* C. *non taces?*
P. *Taceam?* D. *nisi sequitur, pugnos in ventrem ingere.*
P. *Vel oculum* * *exculpe: est, ubi vos ulciscar, locus.*

f Perstat in Metaphora.

t Lautum, id est, purgatum.
u Metaphora.
x Interrogationes miræ indignationis.
* Servius legit hunc supra illud Virg. 11. Æneid. juga sola petebat Solorum nemorum.
y Nide turbas.
z Injuria, id est, actio injuriarum.
* Aliàs, exclude. Vide Rivium.

## ACTUS V. SCENA VIII.

Arg. Phormio Chremetem prodit uxori de alterâ conjuge: Chremes graviter objurgatur. Phormio exultat, tam probè se ultum esse senes. Demipho pro fratre intercedit, & orat, ut huic uxor factum condonet. Ea neque se ignoscere dicit, neque promittere quicquam, sed filii judicio permittere omnia.

*Iambici senarii, & trochaici octonarii.*

NAUSISTRATA, CHREMES, PHORMIO, DEMIPHO.

N.a *Quis nominat me? c. hem, mea Nausistrata turbæ est obsecro,*
*Mi vir?* P. *hem, quid nunc obticuisti?* N. *quis hîc*
*homo est?*

a Audiens clamosi Phormionis vocem, hæc dicit.

*Non mihi respondes? P. biccine ut tibi respondeat?*
*Qui herclè ubi sit, nescit. C. cave isti quidquam credueas.*
*P. Abi: tange: * si non totus frigeat, me eneca.*
*C. Nihil est. N. quid ergo est? quid illic narrat? P. jam scies:*
*Ausculta. C. b pergin' credere? M. quid ego obsecro*
*Huic credam, qui nihil dixit? P. c delirat miser*
*Timore. N. non potest temerè est, quòd tu tam times.*
*C. Egóne timeo? P. rectè sanè: quando nihil times,*
*Et hoc nihil est, quod ego dico, tu narra. D. scelus,*
*Tibi narret. P. eho tu, factum est abs te sedulò*
*Pro fratre. N. d mi vir, non mihi narras? C. at N. quid at?*
*C. Non opus est dicto. P. tibi quidem: at scito huic opu'st.*
*In Lemno. C. e hem, quid ais? D. non taces? P. clam te. C. hei mihi*
*P. Uxorem duxit. N. mi homo, Dii melius duint.*
*P. Sic factum est. N. perii misera. P. & inde filiam*
*Suscepit jam unam, dum tu dormis. C. quid agimus?*
*N. f Prô Dii immortales, facinus indignum & malum!*
*P. Hoc actum est. N. g an quidquam hodiè est factũ indignius?*
*Qui mihi, ubi ad uxores ventum est, tum fiunt senes?*
*Demipho, h te appello, nam me cum hoc ipso distædet loqui.*
*Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ*
*Lemni? hæccine erat, quæ nostros fructus minuebat, vilitas?*
*D. Ego Naußtrata esse in hâc re culpam meritum non nego:*
*Sed eam, quæ sit ignoscenda. P. verba fiunt mortuo.*
*D. i Nam neque negligentiâ tuâ, neque id odio fecit tuo.*
*Vinolentus, ferè abhinc annos quindecim mulierculam*
*Eam compressit, unde hæc nata est, neq; post illã unquã attigit.*
*Ea mortem obiit: è medio abiit: qui fit in re hâc scrupulus?*
*k Quam ob rem te oro, ut alia facta tua sunt, æquo animo hoc*
*feras.*
*N. Quid ego æquo animo? cupio misera in hâc re jam desangier.*
*l Sed quid sperem? ætate porrò minùs peccaturum putem?*
*Jam tumerat senex, senectus si verecundos facit.*
*An mea forma, atque ætas nunc magis expetenda est Demiphoni?*
*Quid mihi nunc offert, quam * ob rem expectem aut sperem,*
*porrò non fore?*
*P. m Exequias Chremeti, quibus est cõmodũ ire, hem tempus est*

*Sic*

* Physicè Virg. III. Æneid. gelidúsque coit formidine sanguis.
b Vide timorem Chremetis.
c Ironicòs, stomachosè.
d Blandè
e Interrumpit uterque narrationem Phormionis.
f Exclamatio cum stomacho.
g Amplificatio digna muliere.
h Scilicet ut testem.
i Causæ derivatio.
k Oratoria deprecatio.
l A Conjecturis.
* Vide Rivium.
m Insultat Chremeti tanquam jam mortuo.

*Sic dabo: age, age nunc, Phormionem qui volet lacessito?*

n *Faxo talieum mactatum, atque hic est, infortunio.*

a Lactantia de male actis

*Redeat sanè in gratiam jam supplicii satis est mihi.*
*Hàbet hæc ei quod, dum vivat, usque ad aurem obganniat.*
N. *At meo merito credo! quid ego nunc commemorem Demiphonem*
*Singillatim, qualis in illum fuerim?* D. *novi æquè omnia*
*Tecum.* N. *meritón' meo hoc videtur factum?* D. *minimè gentium:*
*Verum, quando jam accusando, fieri infectum non potest,*
*Ignosce: orat, confitetur, purgat: quid vis ampliùs?*
P. *Enimverò, priùs quam hæc dat veniam, mihi prospiciam &*
*Phædriæ*

o Aliud malum dicturus.

o *Heus Nausistrata, priùs quàm huic respondes temerè, audi.*
N *quid est?*
P. *Ego minas triginta ab isto per fallaciam abstuli:*
*Eas dedi tuo* P *gnato, is pro suâ amicâ lenoni dedit.*
C. *Hem, quid ais?* N. *adeón' indignum tibi videtur,* q *filium,*
*Homo adolescens unam sibi habet amicam, tu uxores duas?*
*Nil pudere? quo ore illum objurgabis? responde mihi.*
D. *Faciet, ut voles.* N. r *immò, ut jam scias meam sententiam,*
*Neque ego ignosco, neque promitto quicquam, neque respondeo,*
*Priùs quam gnatum video: s ejus judicio permitto omnia: is*
*Quod jubebit faciam.* P. *mulier sapiens es, Nausistrata.*
N. t *Satín' id est tibi?* P. *immò verò pulchrè discedo & probè;*
*Et præter spem.* N. *tu tuum nomen dic quod est.* P. *meum? Phormio,*
*Vestræ familiæ herclè amicus, & tuo summus Phædriæ.*
N. u *Phormio, at ego ecastor posthac tibi, quid potero, & quæ*
*voles,*
*Faciamq;, & dicam.* P. *benignè dicis.* N. *pol meritum est tuum.*
P. *Vin' primùm hodiè facere, quòd ego gaudeam, Nausistrata,*
x *Et quod tuo viro oculi doleant?* N. *cupio.* P. *me ad cœnam*
*voca.*
N. *Pol verò voco.* D. *eamus intrò hinc.* N. *fiat: sed ubi est Phædria,*
*Judex noster?* P. *jam hic faxo aderit. Vos valete & plaudite.*

p Gnato Phædriæ scilicet

q Excusat filii amorem.

r Duriuscula est Nausistrata.

s Filium judicem constituit.

t Catastrophe.

u Pollicetur operâ suam.

x Dictum in invidos.

HECYRÆ

# HECYRÆ PERSONÆ, EARUMQUE INTERPRETATIO.

SYRA, anus, Syriaci generis mulier.
PHILOTIS, meretrix, ἀπὸ τῆς φιλότητος, vel ἀπὸ τοῦ ὀνόματος φιλεῖν ἔστι, unde & Philotion fieri potest, ut sit in nomine aurium significatio.
LACHES, senex, Eunuch.
SOSTRATA, mulier, Heautont.
PAMPHILUS, adolescens, Andr.
PARMENO, servus, Eunuch.
SOSIA, servus, Andr.
BACCHIS, meretrix, Heauront.
PHIDIPPUS, senex, à parsimonia equestri; ejus enim studii, ut gloria erat ingens, ita magni sumptus.
MYRRHINA, mulier, matronale nomen, à myrto, quâ Magistratus quondam coronabantur.

*Sequentium hîc tantùm mentio fit.*

PHILUMENA, ἀπὸ φιλουμένου, amabilis.
SCIRUS, puer, ἀπὸ τοῦ σκιρτᾶν à saltatione.

# M. ANTONII MURETI IN HECYRAM TERENTII ARGVMENTVM.

*Pamphilus, Laberii è Sostrata uxore filius, Bacchidem meretricem deperibat. is cùm aliquando noctis ad eam venulentus iret, in Philumenam, Phidippi & Myrrhinæ filiam incidit, eámque in viâ per vim compressit: atque ita effugit, ut neque ipse eam, neque puella ipsum cognoscere potuerit: in illâ autem lucta eorum annulum ei detraxit, eúmque Bacchidi dono dedit. paulò pòst pater eum, cum ut à meretricio amore avocaret, tum ut præsidium suæ senectuti pareret, ad uxorem ducendam perpulit. contigit, ut ea ipsa uxor ei daretur, quam ipse constuprarat: gaudebat admodùm puella marito, quòd, quia sola consuevisset sibi, diù stupro gravidam esse, quamprimùm eam collocare properabat: ne si fortè pòst aliquot menses parerit, nuptiis, quæ subindè fiebant, obstaret stuprum. excidit res longè aliter ac putabatur: etenim Pamphilus, qui turpissimum adjecisset animum ad rem uxoriam, quique avellere se derepentè à Bacchidis amore non posset, ita dormiit cum uxore, ut eam ne attigerit quidem. Bacchis, quod ea vitâ usquam se uxorem ducturum, sæpè ei promiserat Pamphilus, nonnullam sibi ab eo factam injuriam putans, multò ei minùs, quam solebat, placida & obsequens esse*



*cœpit,*

*cupit, ob factum est, ut Pamphilus ei se paulatim subduxerit, quamquam priùs spernebat uxorem, ejus mirificum quendam amorem animo conceperit. interea quiddam accidit, ut iter Pamphilo in Imbrum esset: profectio ea, Philumena, quę insuaviare sibi meerum sentiret, cùm aliorum, tum socrus imprimis suæ conspectum refugiebat: eandem cum in eo esset, ut celare vix posset ampliùs videretur, sumptâ occasione, per sacrificandi specium ad matrem se, unam omnium rerum conscium, confert. post dies complusculos missis Sostrata, qui eam accerserent: respondetur, ægrotam esse. Ille, ut eam saltem videret: non admittitur. Laches accusare uxorem, & dicere, hęc omnia illius culpâ contingere. Illa contra, excusare se, & culpam deprecari: nullum sè rei conscium esse, cur sua consuetudo nunc sibi odiosa esse debeat: interea redit Pamphilus, atque ita fors tulit, ut quo die ipse Asbenas appulit, eo ipso Philumena partu levaretur. Cùm igitur, videndi cupidus (ægrotare enim acceperat, & ita anabat, ut qui vehementissimè) subitò ad eam ingressus esset, paperisse deprehendit: ibi eum Myrrhina exeuntem prosecuta, lacrumans obtestari cœpit, quando ea res nihil ipsi nocitura esset, ne recuperet quidam uxorem, si ita videretur: sed tamen ne famam illius prodat, ita se facturum recipit. Cùm igitur neque velles uxorem recipere, neque rursum veram afferret causam, suspicioni sunt sensi, eum Bacchidis adhuc amore impeditum, eâ de causâ ab uxore abhorrere: accersitam itaq; Bacchidem objurgat Phidippus. Ea, cùm se illi purgasset, jubetur ad mulieres ingredi, & ei quoque illam suspicionem adimere. ingreditur annulum habens in digito, quem olim Philumena ereptum sibi dederat Pamphilo: is annulus effecit, ut vitiatam esse ab ipso Pamphilo Philumenem, cognosceretur. Lętus Pamphilus, & uxorem & filium recipit.*

## C. SULPITII APOLLINARIS PERSONA.

VXorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit:
Ejúsque, per vim quem detraxit, annulum
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ:
Dein profectus in Imbrum est: nuptam haud attigit.
Hanc mater utero gravidam, ne id sciat socrus,
Ut ægram ad se transfert: revertit Pamphilus:
Deprehendit partum: celat, uxorem tamen
Recipere non volt. Pater incusat Bacchidis
Amorem. Dum se purgat Bacchis, annulum
Mater vitiatæ forte agnoscit Myrrhina.
Uxorem recipit Pamphilus cum filio.

HE CYRA

# HECYRA TERENTII.

ACTA LVDIS MEGALENSIB. SEX. IVLIO CAES. CN. CORNELIO DOLABELLA, AED. CVR. *MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. TIBIIS PARIB. TOTA GRAECA APOLLODORV FACTA EST. ACTA *PR. SINE PROLOGO. DATA *SEC. CN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS. RELATA EST LVCIO AEMILIO PAVLO LVDIS FVNERALIB. NON EST PLACITA. RELATA EST TERTIO, Q. FVLVIO, L. MARCIO AED. CVR. EGIT L. AMBIVIVS. L. SERGIVS TVRPIO. PLACVIT.

*Al. Non est peracta tota.
*Primò.
*Secundò.

## a PROLOGUS.

*HEcyra est huic nomen fabulæ: hæc cùm data*
*Est nova, novum intervenit vitium, & calamitas,*
*Ut neque spectari, neque cognosci potuerit:*
*Ita populus studio stupidus in funambulo*
*Animum occupârat, nunc hæc planè est pro b novâ:*
*Et is, qui scripsit hanc, ob eam rem noluit*
*Iterum referre, ut iterum possit vendere.*
*Alias cognôstis ejus: quæso hanc noscite.*

a Propositio quâ petit explosam antea cognosci.
b Noluit Terentius desertam fabulam denuò introduci, quod ne desperatione favoris popularis videatur facere, avaritiam suam pratexit, ut secundò eam liceat histrionibus vendere. Vide Nannii Misc. lib. II.

## ALTER PROLOGUS.

*Orator ad vos venio, ornatu prologi:*
*Sinite exorator sim, eodem ut jure uti senem*
*Liceat, quo jure sum usus adolescentior,*
*Novas qui exactas feci ut inveterascerent,*
*Ne cum poëta scriptura evanesceret.*
*In his, quas primùm Cæcilii didici novas,*
*Partim sum earum exactus, partim vix steti.*
*Quia scibam dubiam fortunam esse scenicam,*
*Spe incertâ certum mihi laborem sustuli.*
*Easdem agere cœpi, ut ab eodem alias discerem*
*Novas studiose, ne illum ab studio abducerem,*
*Perfeci, ut spectarentur. ubi sunt cognitæ,*
*Placitæ sunt: ita poëtam restitui in locum,*
*Propè jam remotum injuriâ adversariûm*
*Ab studio, atque ab labore, atque d arte musicâ.*

c Confirmatio ab exemplis.
d Artem musicam, poëticen appellat. Vide Nan. Misc. lib. II.

*Quòd ſi ſcripturam previſſem in præſentiâ &*
*In deterrendo voluiſſem operam ſumere,*
*Vt in otio eſſet, potiùs quàm in negotio;*
*Deterriiſſem facilè, ne alias ſcriberet.*
*Nunc quid petam, meâ causâ, æquò animo attendite.*
e Redit ad propoſitionem: & amplificat per querelam, quod antea fuerit exploſa.
c *Hecyram ad vos refero, quam mihi per ſilentium*
*Nunquam agere licitum eſt, ita eam oppreſſit calamitas.*
*Eam calamitatem veſtra intelligentia*
*Sedabit, ſi erit adjutrix noſtræ induſtriæ.*
*Cùm primùm eam agere cœpi.* d *pugilum gloria,*
*Funambuli eodem acceſſit expectatio:*
d Cur exploſa ſit.
*Comitum conventus, ſtrepitus, clamor mulierum*
*Fecêre, ut ante tempus exirem foras:*
*Vetere in novâ cœpi uti conſuetudine,*
*In experiundo ut eſſem: refero denuò.*
e Altera exploſio.
*Primo actu placeo: cùm* e *interea rumor venit,*
*Datum iri gladiatores, populum convolat:*
*Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.*
*Ego interea meum non potui tutari locum.*
*Nunc turba nulla eſt: otium & ſilentium eſt.*
*Agendi tempus mihi datum eſt: vobis datur*
*Poteſtas condecorandi ludos ſcenicos.*
f Argumentum ab arte, à meritis.
f *Nolite ſinere per vos artem muſicam*
*Recidere ad paucos: facite, ut veſtra auctoritas*
*Meæ auctoritati fautrix, adjutrixq́; ſit.*
g Attentos & benevolos reddit.
g *Si unquam avarè ſtatui pretium artis meæ,*
*Et eum eſſe quæſtum, in animum induxi, maximum,*
*Quàm maximè ſervire veſtris commodis,*
*Sinite impetrare mè, qui in tutelam meam*
*Studium ſuum, & ſe in veſtrum commiſit fidem:*
h Peroratio.
*Ne eum circumventum iniquè iniqui irrideant.*
h *Meâ causâ causam hanc accipite, & ſilentium*
*Date: ut habeat ſcribere aliis, mihiq́, ut diſcere*
*Novas expediat poſthac, pretio emptas meo.*

## ACTUS I. SCENA I.

Arg. Philotis & Syra indigne ferunt Pamphilum uxorem duxiſſe Philumenam quam amare videbatur Bacchide, & procatis ejus ſunt per-

ga : nam extra fabulæ argumentum inducuntur, ut Parmenoni detur occasio commemorandi argumenti.

*Iambici senarii.*

a PHILOTIS, SYRA.

*PEr pol quam paucos reperias meretricibus*
*Fideles evenire amatores, Syra.*
*Vel bis Pamphilus jurabat quoties Bacchidi,*
*Quàm sanctè, ut quivis facilè posset credere,*
*Nunquam illâ viv â ductarum uxorem domum.*
*Hem duxit.* b *ergo propterea te sedulò*
*Et moneo, & hortor, ne cujusquam misereat.*
*Quin spolies, mutiles, laceres, quemquam nacta sis.*
P. *Utin' eximium neminem habeam? s. neminem:*
*Nam nemo illorum quisquam scito, ad te venit,*
*Quin ita paret sese, abs te ut blanditiis suis*
*Quàm minimo pretio suam voluptatem expleat.*
*Hisccine tu amabo non contra insidiabere?*
P. *Tamen eandem pol esse omnibus, injurium est.*
s. *Injurium est autem ulcisci adversarios?*
*Aut quâ viâ captent te illi, eâdem ipsos capi?*
*Heu me miseram, cur non aut istæc mihi*
*Ætas & forma est, aut tibi hæc sententia?*

a Philotis egressus. egressum. ut sit occasio commemorandi argumenti & expositionis reliquæ fabulæ.

b Audax ad malà persuasio.

## ACTUS I. SCENA II.

Arg. redeunti peregrè Philoti Parmeno totius narrat argumentum fabulæ.

*Ejusdem generis.*

PARMENO, PHILOTIS, SYRA.

PA. *SEnex si quæret me, modò isse dicito*
*Ad portum percontatum adventum Pamphili.*
*Audin', quid dicam. Scin' te? si quæret me, uti*
*Tum dicas; si non quæret, nullus dixeris,*
*Aliàs ut uti possim causâ hâc integrâ.*
*Sed videón' ego Philotion? unde hæc advenit?*
*Philotie, salve multùm.* PH. *ô salve Parmeno.*
s. *Salve mecastor, Parmeno.* PA. *& tu adepol, Syra.*
*Dic mihi, Philotis ubi te oblectâsti tam diu?*
PH. *Minimè me equidem oblectavi, quæ cum milite*
*Corinthum bins' sum profecta inhumanissimo:*

Biennium ibi perpetuum misera illum tuli.
PA. Ædepol te desiderium Athenarum arbitror
Philotion cepisse sæpè, & te tuum
Consilium contempsisse. PH. non dici potest,
Quam cupida eram huc redeundi, abeundi, à milite,
Vosque hîc videndi, antiquâ ut consuetudine
Agitarem inter vos libere convivium:
*Illi pro illic. infr. Act. III. Scen. IIII. sic me frustrà illi Expectet. Et Act. V. Scen. III. dum illi sedeo.
Nam *illi haud licebat nisi præfinito loqui,
Quæ illi placerent. PA. Haud opinor commodè
Finem statuisse orationi militem.
PH. Sed quid hoc negoti est? modo quæ hæc narravit mihi
Hîc intus Bacchus quod ego nunquam credidi
Fore, ut ille hâc vivâ posset animum inducere
Uxorem habere. PA. habere autem? PH. eho tu, an non habet?
PA. a Habet, sed firmæ hæ veteor ut sint nuptiæ.
a Sensim ad narrationem accedit.
PH. Ita Dii Deæque faxint, si in rem est Bacchidis.
Sed quî istuc credam ita esse? dic mihi Parmeno.
b Variis verbis morales facetias intexuit.
PA. b Non est opus prolato: hoc percontariter
Desiste. PH. nempè eâ causâ, ut ne id fiat palàm.
Ita me dii benè amabunt, haud propterea te rogo, ut
Hoc proferam. sed ut tacita mecum gaudeam.
BA. Nunquam dices tam commodè, ut tergum meum
Tuam in fidem committam. PH. ah noli Parmeno;
Quasi non tu multò malis narrare hoc mihi,
Quàm ego, quæ perconter, scire. PH. vera hæc prædicat:
Et illud mihi maximum vitium est; si mihi fidem
Das te tacituram, dicam. PH. ad ingenium redis.
Fidem de, loquere. PA. Ausculta. PH. istic sum. PA. hanc Bacchidem
c Narratio, quæ occasionem fabulæ continet.
c Amabat ut tùm maximè, tum Pamphilus,
Cum pater, uxorem ut ducat, orare occipit:
d Communes patrum persuasiones.
d Et hæc, communia omnium quæ sunt patrum,
Sese senem esse dicere, illum autem esse unicum
e Præsidium velle se senectuti suæ.
e Latens excusationis ratio.
Ille primò se negare: sed postquam acriùs
Pater instat, fecit animi ut incertus foret,
Pudorin', anne amori obsequeretur magis,

Tunden-

Tundendo, atq; odio denique effecit senex:
Despondit ei gnatam hujus vicini proximi.
Usq; illud visum est Pamphilo neutiquam graue,
f Donec jam in ipsis nuptiis, postquam videt
Paratas, nec moram ullam, quin ducat dari:
g Ibi demùm ita agrè tulit, ut ipsam Bacchidem,
Si adesset, credo ibi ejus commiseresceret.
Vbicunque datum erat spatium solitudinis,
Vt colloqui mecum una posset: Parmeno
Perii, quid ego egi? in quod me conjeci malum?
Non potero hoc ferre Parmeno, pereo miser.
PH. h Atte Dij, Deæq; perduint cum isto odio, Lachet.
PA. Vt ad paucare deam, uxorem dedutit domum.
Nocte illâ primâ virginem non attigit;
Quæ consecuta est nox; eam nihilo magis.
PH. i Quid ais? cum virgine una adolescens cubuerit
Plus potus, illâ se abstinere ut potuerit?
Non verisimile dicis: nec verum arbitror.
PA. k Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit,
Nisi cupiens tui; ille invitus illam duxerat.
PH. Quid deinde fit? PA. l diebus sanè pauculis
Post, Pamphilus me solum seducit foràs,
Narrat q; ut virgo à se integra etiam tum siet:
Seq; antè, quàm eam uxorem duxisset domum,
Speràsse eas tolerare posse nuptias?
Sed quam decrêrim me non posse diutiùs
Habere, eam ludibrio haberi, Parmeno,
Quin integram itidem reddam, ut accepi à suis,
Neq; honestum mihi, neq; utile ipsi virgini est.
PH. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.
PA. m Hoc ego preferre, incommodum esse mihi arbitror:
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas vitij,
Superbum est: sed illam spero, ubi hoc cognoverit,
Non posse se mecum esse, abituram denique.
PH. n Quid interea? ibâtne ad Bacchidem? PP. quotidiè
Sed, ut fit, postquam hunc alienum ab se videt,
Maligna multò, & magis procax facta illicò est.

f Amatoris affectus in nuptias.
g ὑποπτολλαγῶς.
h Apostrophe & imprecatio ad absentem.
i Affectus meretricis.
k Confutatio meretricis.
l Iactantia servi de familiaritate Domini.
m Prosequitur Parmeno ipsa Pamphili verba.
n Philotis gestit cætera audire.

PH. Non edepol mirum. PA. * atqui ea res multò maximè
Disjunxit illum ab illâ: postquam & ipse sese,
o Et illam, & hanc quæ domi erat, cognovit satis,
Ad exemplum amborum mores earum existimans.
Hæc, ita uti liberali esse ingenio decet,
p Pudens, modesta, incommoda, atque injurias
Viri omnes ferre, & tegere contumelias
Hîc, animus partim uxoris misericordiâ
Devictus, partim victus hujus injuriis
Paulatim elapsus est Bacchidi, atque huic transtulit
Amorem, postquam per ingenium nactus est.
Interea in Imbro moritur cognatus q senex
Horum: ea ad hos redibat * lege hereditas.
Eò amantem invitum Pamphilum extrudit pater:
Reliquit cum matre hîc uxorem: nam senex
Rus abdidit se: huc rarò in urbem commeat.
PH. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?
PA. Nunc audies, primum, dies complusculos
Benè conveniebat sane inter eas: interim
Miris modis odisse cœpit Sostratam:
Nec, lites ullæ inter eas: postulatio
r Nunquam. PH. quid igitur? PA. r si quando ad eam accesserat
Confabulatum, fugere è conspectu illicò,
Videre nolle. denique, ubi non quit pati,
Simulat se á matre accersi ad rem divinam, abiit:
Ubi illic est dies complures, accersi jubet.
Dicit re causam tunc nescio quam: iterum jubet.
Nemo remisit. postquam accersunt sæpiùs,
Ægram esse simulant mulierem: nostra illicò
It visere ad eam: admisit nemo. hoc ubi senex
Rescivit, heri ed causâ rure huc advenit.
f Patrem continuò convenit Philumena.
Quid egerint inter se, nondum etiam scio:
Nisi sane curæ est, quorsum eventurum hoc sit.
Habes omnem rem: pergam quò cepi hoc iter.
PH. Et quidem ego: nam constitui cum quodam hospite,
Me esse illum conventurum. PA. Dii vortant bene

Quod

o Defendit herum servus

p Vis amoris his verbis exprimitur.

q Nam juvenis alicujus mors non convenit

* Comœdiæ * Bembus de lege red.

r Parmeno odio adscripsit, quod pudoris erat.

f Reliquum argumenti auctoribus reservat, per quod suspensum & attentum reddit spectatorem.

*Quo d agas.* PH. *vale* PA. *& tu bene vale, Philotium.*

## ACTUS II. SCENA I.

Arg. Sostratam uxorem accusat Laches, quòd nurum Philumenam duritie suâ & morum incommoditate domo ejecerit: socrus contrà nihil tale à se peccatum esse contendit.

*Iambici octonarii & pauci senarii, admixtis trochaicis octonariis*

LACHES. SOSTRATA.

PRo Deûm atq; hominum fidem; quod hoc genus est? quæ hæc conjuratio?

a *Ut omnes mulieres eadem æque studeant, nolintq; omnia?* a Exclamatio senilis in mulierum morositatem, estque id exordium orationis.
*Neq; declinatâ quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias:*
*Itaq; adeò uno omnes animo socrus oderunt nurus: viris*
*Esse adversas æque studium est, similis est pertinacia.*
*In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam: &*
*Ei ludo, si ullus est, magistram, hanc esse satis certò scio.*
s. *Me* b *magistram, quæ nunc quamobrem accuser, nescio.* L. *hem,* b Exclamatio ad misericordiam commovendam.
*Tu nescis? s. non ita me Dij bene ament, mi Laches,*
*Itaq; unà inter nos agere ætatem liceat.* L. *Dij mala prohibeant.*
s. *Meq; abs te immeritò esse accusatâ postmodo restiterit.* L. *scio*
*Te immeritò: an quidquam pro ist' in facti dignũ te dici potest,*
c *Quæ me, & te, & familiam dedecoras, filio luctum paras:* c Exaggeratio & amplificatio.
*Tum autem, ex amicis inimici ut sint nobis affines, facis?*
*Qui illum decrerunt dignum, suos cui liberos committerent:*
*Tu sola exorere, quæ perturbas hæc tuâ impudentiâ.*
s. *Egóne?* L. *tu, inquam,* d *mulier, quæ me omninò lapidem,* d Mulier ὑμφασιν habet.
*haud hominem, putas.*
*An, quid rure esse crebro soleo, ne scire arbitramini,*
*Quo quisq; pacto hîc vitam vostrarum exigat?*
e *Multo melius hîc quæ fiunt, quàm illic, ubi sum assiduè, scio:* e Tollit opinionem suspicionis.
*Ideò quia, uti vos mihi domi eritis, proindè ego ero foris.*
f *Jampridem equidem audivi cepisse odium tui Philumenam* f Propositio querelæ.
*Minimèq; adeò mirum: &, ni id fecisset, magis mirum foret.*
*Sed non credidi adeò, ut etiam totam hanc odisset domum:*
g *Quod si scissem, illa hîc maneret potiùs, tu hinc isses foràs.* g Commination ejectionis
*At vide, quam immeritò ægritudo hæc oritur mihi abs te So-*
*Rus habitatum abii, concedens vobis, & rei serviens; (strata.*
*Sumptus vestros, otiumq; ut nostra res posset pati,*
h *Meo labori haud parcens, præter æquum atq; ætatẽ meam.* h Exaggerat indignitatem à suis meritis

Non

*Non te pro his curâsse rebus, ne quid ægrè esset mihi?*
S. *Non meâ* i *operâ neque pol culpâ evenit.* L. *immò maxumè;*
*Sola hîc fuisti in te omnis hæret culpa solâ, Sostrata.*
*Quæ hîc erant, curares; cùm ego vos solvi curis cæteris.*
*Cum puellâ anum suscepisse inimicitias non pudet?*
*Illius dices culpâ factum.* S. k *haud equidem dico, mi Laches,*
L. *Gaudeo, ita me Dii ament, gnati causa: nam de te quidem*
*Satis scio,* l *peccando deterrimenti nil fieri potest.*
S. *Quis scit, an eâ causâ, mi vir, me odisse assimulaverit,*
*Ut cum matre unà plus esset?* L. *quid ais? non signi sat est:*
m *Quòd heri nemo voluit visentem te ad eam intromittere?*
S. *Enim lassam oppidò tum aiebant: eò ad eam non admissa sum*
L. N. *Tuos esse illi mores morbũ magis, quã ullã aliã rẽ arbitror*
*Et meritò adeò, nam vostrarum nulla est, quin gnatum velit*
*Ducere uxorem, & quæ vobis placita conditio est, datur:*
*Ubi duxêre impulsu vestro: vestro impulsu eas de me exigunt.*

## ACTUS II. SCENA II.

Arg. Laches remitti cupit nurum suam: pater Phidippus dicit non posse eam perdurare apud socrum absente Pamphilo.

*Iambici octonarii catalectici.*

PHIDIPPUS, LACHES, SOSTRATA.

P. a *Etsi scio, Philumena, meum jus esse, ut te cogam,*
*Quæ ego imperem, facere: ego tamen patrio animo*
*victus faciam*
*Ut tibi concedam, neque tuæ libidini adversabor.*
L. *Atq; eccũ Phidippũ optime video: ex hoc jam scibo, quid sit.*
b *Phidippe, esse ego meis omnibus scio me apprimè obsequentẽ,*
*Sed non adeò, ut facilitas mea illorum corrumpat animos.*
*Quòd si tu idem faceres, magis in rem & nostram, & vostram*
*id esset.*
*Nunc video in illarum potestate esse te.* P. *eia vero.*
L. *Adii te heri de filiâ: ut veni itidem incertum amisti.*
*Haud ita decet: si perpetuam vis esse affinitatem hanc,*
*Celare te iras: si quid est peccatum à nobis, proferc:*
*Aut ea* c *refellendo, aut purgando vobis, corrigemus,*
*Te judice ipso. sin ea est causa retinendi apud vos,*
*Quia ægra est, te mihi injuriam facere arbitror, Phidippe,*
*Si metuis, satis ut meæ domi curetur diligenter.*

a Philumena patri multa prælocuta fuit. Cui ita respondet.

b Eadem sententia, quæ superioris scenæ, sed est sparsa in personas.

c Refellit qui negat, purgat qui arcet, & sic defendit.



i Operâ scientes, culpâ neticientes lædimus.

k Defensionem prævenit.

l Peccando detrimenti, hoc est, non potest fieri pejor.

m Objectio.

n Socrus morosa accusatur.

d *At ita me Dii ament, haud tibi hoc concedo, etsi illi pater es,*
*vt tu illã salvam magis velis, quàm ego: id adeo gnati causâ,*
*Quẽ ego intellexi illã haud minus, quã seipsũ, * magni facere.*
*Neq; adeò me clam est, quàm esse cum graviter laturum credã,*
*Hoc si rescierit: eò domum studeo hæc prius,* e *quàm ille huc*
P. f *Laches, & diligentiam vestram, & benignitatem (redeat.*
*Novi; & quæ dicis omnia esse ut dicis, animum induco:*
*Et te hoc mihi cupio credere; illam ad vos, edire studeo,*
*Si facere possim ullo modo.* L. *quæ res te facere id prohibet?*
g *Eho, num quidnam accusat virum?* P. *minimè, nam postquam*
*Magis, & vi cœpi cogere ut rediret, sanctè adjurat, (attendi*
*Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.*
*Aliud fortasse alii vitii est, leni* h *ego animo sum natus;*
*Non possum advorsari meis.* L. *hem Sostrate,* S. *heu me miserã.*
L. *Certúmne est istuc?* P *nunc quidẽ, ut videtur, sed nũquid vis?*
*Nam est, quod me transire adforum jã oportet.* L. *eo te, ĩ una.*

d Amicorum officium.
* Al. magnificare.
e Subtiliter oneratur culpa nurus recedentis.
f Principium laudationis à personis.
g Eho cum gestu de propè secretis inquirentis.
h Paterna lenitas.
i ἔπαυξις.

## ACTUS II. SCENA III.

Arg. Sostratã queritur genus mulierum nimis esse suspectum viris.

*Trochaici Octonarii.*

SOSTRATA.

Æ *Depol* a *næ nos mulieres sumus iniquè æquè omnes invi-*
*sæ viris,*
*Propter paucas; quæ omnes faciunt dignæ ut videamur malo.*
b *Nam, ita me ament Dii, quòd me accusat nunc vir, sum ex-*
*tra noxam;*
*Sed non facile est expurgatu; ita animum induxerunt, socrus*
*Omnes esse iniquas. haud pol me quidem; nam nunquam secus*
*Habui illã, ac si ex me esset nata, nec, quî hoc mihi eveniat, scio*
*Nisi pol filium multis modis jam expecto, ut redeat domum.*

a Querela.
b Sententia defensoria contra accusationem generis totius.

## ACTUS III. SCENA I.

Arg. Pamphilus queritur se absente uxorem ad suos abiisse, relictâ socru.

*Octonarii iambici & trochaici: item iambici senarii.*

PAMPHILUS, PARMENO, MYRRHINA.

PAM. a *Nemini ego plura acerba esse ex amore homini un-*
*quam oblata credo,*
*Quàm mihi; heu me infelicem, hancine ego vitã parsi perdere?*
*Hascine ego causâ eram tantoperè cupidus redeundi domum?*

a Viam stetit ad epistolam, Pamphilus enim jam tandem innotescit incommodum ad quem maximè pertinebat.

*Cui*

h Magna loci detestatio.

*Cui quantò fuerat præstabilius, ubivis gentiũ ætatem agere,*
*Quàm huc redire? atque hæc ita esse, miserum me resciscere?*
*Nam nos omnes, quibus alicundè aliquis obiectus est labos,*
*Omne quod est interea tempus, prius quàm id resciscũ est, lucro*
PAR. *At sic citiùs, qui te expedias, hîc erumnis, reperies.* (est.
*Si non rediisses, hæ iræ factæ essent multò ampliores:*
*Sed nunc adventum tuum ambas, Pamphile, scio reveriturus*

c Consolatio à quantitate

*Rem cognosces, iram expedies: rursum in gratiam redibitues:*
c *Lævia sunt hæc, quæ tu pergravia esse in animũ indũxti tuũ.*

d Amatores consolatio angit, non lenit.

PAM. d *Quid consolare me? an quisquam usquam gentium*
*est æquè miser?* (deditum:
c *Prius quàm hanc uxorem duxi, habebam alibi animi amori*
*Fã in hãc re ut tacetã, cujus facile scitu est, quàm fuerim miser:*
*Tamẽ nunquã ausus sũ recusare eã, quã mihi obtrudit pater.*

e Narratio.

f Implicatio continuarum miseriarum.

f *Vix me illinc abstraxi, atque impeditum in eâ expedivi*
*animum meum:* (abstrahat:
*Vixq; huc contulerã, hẽ nova res orta est, porrò ab hãc quę me*
*Tũ matrẽ ex eâ re me, aut uxorẽ in culpâ inventurũ arbitror:*
*Quod cũ ita esse invenero, quid restat, nisi porrò ut fiã miser?*

g A justo & decenti.

g *Nam matrũ ferre injurias me, Parmeno, pietas jubet:*

* Ab honesto & congruo.

* *Tum uxori obnoxius sum; ita olim suo me ingenio pertulit,*
*Tot meas injurias, quæ nunquam in ullo patefecit loco.*

h Suspicio ingentis mali

h *Sed magnum nescio quid necesse est evenisse, Parmeno,*
*Unde ira inter eas intercesserit, quæ tam permanserit diu.*

i Servi responsio ad ultimam tantùm partem.

PAR. i *Hoc quidem hercle* * *parvum est: si vis verò veram rationem exequi,*

* Al. parum.

k Argumentum à simili.

*Non maximas, quæ maximæ sunt interdum iræ, injurias*
*Faciunt: nã sæpè est, quibus in rebus alius ne iratus quidẽ est,*
*Cum de eâdem causâ est iracundus factus inimicissimus.*
*Pueri inter seſe quàm pro levibus noxiis iras gerunt!*
*Quapropter? quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum*
k *Itidem mulieres sunt fermè, ut pueri, levi sententiâ: (gerunt*
*Fortasse unum aliquod verbũ hanc inter eas iræ* * *conciverit.*

* Al. conficerit.

PAM. * *Abi Parmeno intrò, ac me venisse nuncia.* PAR. *bem,*
*quid hoc est?* PAM. *tace,*
*Trepidari sentio, cursari sursùm prorsùm: agedum ad fores*
*Accede propiùs.* PAR. *hem, sensistin?* PAM. *nolis fabulari.*

* Prætermittit servum, solent enim mariti peregrè reversi, multis de causis suum adventum prænunciare: Vide Nannii Misc. lib. II.

I prè

l Prò Jupiter, clamorem audio. PAR. tute loqueris, me vetas? M. Tace obsecro, mea gnata. P. matris vox visa est Philumenæ. Nullus sum. PAR. quidum? P. quia perii. PAR. quamobrem? P. nescio quod magnum malum Profectò Parmeno me celas. PAR. uxorem Philumenam m Pavitare nescio quid dixerunt: id si fortè est, nescio. P. Interii, cur mihi id non dixti? PAR. quia non poteram unà omnia. P. Quid morbi est? PAR. nescio. P. quid? nemone medicum adduxit? PAR. n nescio. P. Cesso hinc ire intrò, ut hoc quamprimum, quidquid est, certum sciam? Quonam modo, Philumena mea, nunc te offendam affectam? Nam si periculum illi in te est, periisse me unà haud dubiū est. PAR. Non usus facto est mihi nunc, hunc intrò sequi. Nam invisos omnes nos esse illis sentio: o Herè nemo voluit Sostratam intrò admittere, Si fortè morbus amplior factus siet, Quod sanè nolim, mauume heri causâ mei: Servom illicò introisse dicent Sostratæ, Aliquid tulisse commuiscentur mali, P. Capiti, atq; ætati illorum, morbus qui auctus sit: Hera in q crimen veniet, ego verò in magnum malum.

l Hic non solum Lucinā non invocatur, verum silentium quoq; ob furtivū conceptū indicitur. m Pavitare, id est, ægrotare. n Nescio, inepta & servilis ejusdem verbi repetitio.

* Here, pro heri. o Argumentum à loco. p Capiti, id est, vitæ. q Litem.

## ACTUS III. SCENA II.

Arg. Pamphilus tristior egreditur à Philumenâ, deprehenso ejus partu quem modis omnibus celare conatur ac tegere.

*Iambici, octonarii catalectici.*

SOSTRATA, PARMENO, PAMPHILUS.

s 2 NEscio quid jamdudum hîc audio tumultuari misera: Malè metuo, ne Philumenę magis morbo aggravescat. Quod te Æsculapi, & te Salus, ne quid sit hujus, oro: Nunc ad eam visam. PAR. heus Sostrata. S. hem. PAR. iterum illinc excludêre. S. Ehem Parmeno, tune hic eras? perii, quid faciam misera? Non visam uxorem Pamphili, cum in proximo hic sit ægra? PAM. b Non visae, nec mittas quidem visendi causâ quemquā Nam qui amat, cui odio ipsus est, his facere stulte duco: Laborem inanem ipsum capit, & illi molestiam affert.

a Magis laborat Terentius, ut bonam socrum faciat, quàm bonam meretricem. b Dissuasio à sententiâ morali.

Tum

c Causa ab eventu. d Al. grates.

c. *Tum autem filius tuus introijt videre, ut venit, quid agat.*
s. *Quid aiũ? an venit Pamphilus?* PAR. *venit.* s. *Diis* d *gratiam habeo.*

e Softrata affectum sequitur.

e *Hem, istoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde excessit*
PAR. *Jam eâ te causâ maxumè huc nunc introire nolo:*
*Nam si remittent quippiam Philumenæ dolores,*
*Omnem rem narrabit, scio, continuò sola soli,*
*Quæ inter vos intervenit, unde ortum est initium iræ.*
*Atq; eccum video ipsum egredi, quàm tristis est!* s. *ô mi gnate.*
PAM. *Mea mater, salve.* s. *gaudeo venisse salvum: salvan' Philumena est?* PAM. f *melius cula est.* s. *utinam illuc ita Dii faxint.* *(mater.*
*Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam tristis?* PAM. *rectè*
s. *Quid fuit tumulti? dic mihi; an dolor repentè invasit?*
PAM. *Ita factum est.* s. *quid morbi est?* PAM. *febris.* s. *quotidiana?* PAM. g *ita aiunt.*
*I sodes intrò, consequar jam te, mea mater.* s. *fiat.*
PAM. *Tu pueris curre Parmeno obviam, atq; his onera adjuta.*
PAR. *Quid? non sciunt ipsi viam, domum quà redeant.* P. *cessas*

f Cautè respondet, partum celans, & mendacium fingens.

g Religiosè mendacium ad tumorem retulit.

## ACTUS III. SCENA III.

Arg. Deliberat Pamphilus, velitne uxorem recipere an repudiare.

*Trochaici octonarii & Iambici aliquot senarii.*

### PAMPHILUS.

a Epitasis. Grave principium ut ostendantur multæ & magnæ ærumnæ. Egregia querela Pamphili: Istque hæc propria fabulæ protasis.

a *Nequeo mearum rerum initium ullum invenire idoneũ,*
*Unde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt,*
*Partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus.*
*Qua me propter exanimatum citius eduxi foràs.*
*Nam modò me intrò ut corripui timidus, alio suspicans*
*Morbo me visurum affectam, ac sensi esse, uxorem: hei mihi,*
*Postquàm me aspexêre ancillæ advenisse, illicò omnes, simul*
*Lætæ exclamant, Venit: id quod me repentè aspexerant,*
*Sed continuò voltum earum sensi immutari omnium,*
*Quia tam incommodè illis fors obtulerat adventum meum.*
*Forte una illarum interea properè præcurrit, nuncians,*
*Me venisse: ego ejus videndi cupidus, rectà consequor.*
*Postquam introii, extemplo ejus morbum cognovi miser:*
*Nam neque, ut celari posset, tempus spatium ullum dabat,*

*Neque*

*Neque voce aliâ ac res monebat, ipse poterat conqueri.*
*Postquam aspexi,* b *ô facinus indignũ, inquã: & corripui illicò*
*Me inde, lacrumans, incredibili re, atque atroci percitus.*
*Mater consequitur: jam ut limen exirem, ad genua accidit*
c *Lacrumans misera: miseritum est, profectò hoc sic est, ut puto.*
*Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atq; humiles sumus:*
*Hanc habere orationem mecum à principio instituit:*
d *O mi Pamphile, abs te quamobrẽ hęc abierit, causam vides:*
*Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio quo improbo:*
*Nunc huc confugit, te atque alios partum ut celaret suum.*
*(Sed cum orata ejus reminiscor, nequeo quin lacrumẽ miser)*
*Quæque fors fortuna est, inquit, nobis quæ te hodiè obtulit,*
*Per eam te* c *obsecramus ambæ, si jus, si fas est, uti*
*Adversa ejus per te tecta, tacitaq; apud omnes sient:*
f *Si unquam erga te animo esse amico sensti eam, mi Pamphile,*
*Sine labore hanc gratiam te, uti sibi des pro illâ nunc, rogat:*
g *Cæterum de reducendâ id facias, quod in rem sit tuam.*
*Parturire eam, neq; gravidam esse ex te, solus conscius:*
*Nam aiunt, tecum post duobus concubuisse eam mensibus:*
*Tum, postquam ad te venit, mensis hic agitur jam septimus:*
*Quod te scire ipsa indicat res nunc, si potis est Pamphile,*
*Maximè volo deq; operam, ut clam partus eveniat patrem*
*Atque adeò omnes: sed, si fieri id non potest, quin sentiant,*
h *Dicam abortum esse; scio nemini aliter suspectum fore,*
*Quin, quod verisimile est, ex te rectè eum natum putent.*
*Continuò exponetur, hîc tibi nihil est quidquam incommodi.*
*Et illi miserę indignè factam injuriam contexeris.*
i *Pollicitus sum, & servare in eo certum est, quod dixi, fidem,*
*Nam de reducendâ, id verò neutiquam honestiũ esse arbitror,*
*Nec faciam: etsi amor me graviter, consuetudóque tenet.*
*Lacrumo, quæ posthac futura est vita, cum in mentem venit,*
*Solitudoq;.* k *ô Fortuna, ut nunquam perpetuò es* l *bona!*
*Sed jam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit;*
*Quem ego consilio missum feci, idem nunc operam huic dabo;*
*Adest Parmeno cum pueris: hunc minimè est opus*
* *In hâc re adesse: nam olim soli credidi,*
*Eâ me abstinuisse in principio, cùm data est;*

b Hæc exclamatio ad vitii auctorem refertur.
c Ostendit affectum misericordiæ suæ.
d A nomine & blandimento sereta confitetur.
c Donatus, obtestamur:
f Ab anteactâ vitâ.
g Tentat enim hoc, tamen verecundè.
h Ratiocinabiliter, mense scilicet septimo.
i Conclusio per enarrationem.
k Exclamatio in fortunam lubricam.
l Data.
* Quia & scire omnia vult, & nihil tacere.

*Vereor,*

*Vereor si clamorem ejus hîc crebrò exaudiat,*
*Ne parturire eam intelligat: aliquo mihi est*
*Hinc ablegandus, dum parit Philumena.*

## ACTUS III. SCENA IV.

Arg. Narrat Sosia, quæ adierit maris pericula: servus Parmeno in arcem mittitur, ne parere Philumenam interim adjuvat.

*Iambici senarii.*

PARMENO, SOSIA, PAMPHILUS.

a Hic poëta ostendit incommoda navigationis.

PAR. [a] *Ain' tu tibi hoc incommodum evenisse uter?*
s. *Non berclè, Parmeno, verbis dici potest*
*Tantùm, quàm re ipsâ navigare incommodum est.*
PAR. *Itáne est?* s. *ô fortunati nescis quid mali*
*Præterieris, qui nunquam es ingressus mare.*
*Nam alias ut omittam miserias, unam hanc vide;*
*Dies triginta, aut plus eo, in navi fui,*
*Cùm interea semper mortem expectabam miser:*
*Ita usque adversâ tempestate usi summa.*

b Dictum in fugitivum servum.

PAR. *Odiosum.* s. *haud clam me est: denique, berclè* b *aufugerim*
*Potiùs quàm redeam, si eò mihi redeundum sciam.*
PAR. *Olim quidem te causæ impellebant leves,*
*Quod nunc minitare facere, ut faceres Sosia.*
*Sed Pamphilum ipsum video stare ante ostium:*
*Ite intrò; ego hunc adibo, si quid me velis.*
*Here, etiam tu hîc stas?* PAM. *equidem te expecto.* PAR. *quid est?*

c Pamphilus callido consilio servulum ablegat, usque adeò cavet, ne qua emanet negotium,

PAM. [c] *In arcem transcurso opus est.* PAR. *cui homini?* PAM. *tibi.*
PAR. *In arcem? quid eò?* PAM. *Callidem hospitem*
*Myconium, qui mecum una advectus'st, convenî.*
PAR. *Perii: vivisse hunc dicam si salvus domum*
*Rediisset unquam, ut me ambulando rumperet.*
PAM. *Quid cessas?* PAR. *Quid vis dicam? an conveniam modò?*
PAM. *Immò quod constitui me hodiè conventurum eum,*
*Non posse, ne me frustrà illic expectet:* d *vola.*

d Celeritatem imponit, ne quid audiat.

PAR. *At non novi hominis faciem.* PAM. *at faciam ut noveris:*
*Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius,*
PAR. *Cadaverosa facies? Dii illum perduint.*
*Quid, si non veniet? maneámne usquam ad vesperum?*

e Hoc magis in gestu exprimitur.

PAM. *Maneto, curre.* PAR. [e] *non queo. ita defessus sum.*
PAM. *Ille abiit. quid agam, infelix? prorsus nescio*

Quo

*Quo pacto hoc celem, quod me oravit Myrrhina,*
*Suae gnatae partum: nam me miseret mulieris:*
f *Quod potero faciam: tamen ut pietatem colam:*
*Nam me parenti potius, quàm amori, obsequi*
*Oportet. at at, e cum Phidippum, & patrem*
*Video, horsum pergunt, quid dicam hisce, incertus sum.*

§ Pamphili pietas, Pamphili honestas.

## ACTUS III. SCENA V.

Arg. De reducendâ Philumenâ inter senes agitur: Pamphilus reducturum se negat: fert eam rem indignè Phidippus.

*Trochaica octonarii & iambici senarii.*

LACHES, PHIDIPPUS, PAMPHILUS.

L. a *Dixtin' audum, dixisse illam se expectare filium?*
PH. *Factum. L. venisse aiunt: redeat.* PA. *quam causam dicam patri,*
*Quamobrem non reducam, nescio.* L. *quem ego hîc audivi loqui?*
PA. *Certum obfirmare est viam me, quam decrevi persequi.*
L. *Ipsus est, de quo hoc agebam tecum.* PA. *salve, mi pater.*
L. *Gnate mi, salve.* PH. *benè factum te advenisse Pamphile,*
b *Atque adeò, quod maximum est, salvum, atque validum.*
PA. *creditur.*
L. *Advenis modo?* PA. *admodum.* L. *eodo,* c *quid reliquit Phania*
*Consobrinus noster?* PA. *sanè hercle homo voluptati obsequens*
*Fuit, dum vixit: & qui sic sunt, haud multum heredem adjuvant.*
*Sibi verò hanc laudem* * *reliquit: Vixit, dum vixit, benè.*
L. *Tum tu igitur nihil attulisti huc plus unâ sententiâ.*
PA. *Quicquid est id quod reliquit, profuit.* L. d *immò obfuit?*
*Nam illum vivom & salvom vellem.* PH *impunè optare istus licet.*
*Ille reviviscet jam nunquam: & tamen, utrum malus, scio.*
L. e *Heri Philumenam ad se accersi hic jussit, dic jussisse te.*
PH. *Noli fodere: jussi.* L. *sed jam eam remittat.* PH. *scilicet.*
PA. *Omnem rem scio, ut sit gesta: advenienus audivi omnia.*
L. f *At istos invidos Dii perdant, qui haec libenter nunciant.*
PA. *Ego scio me cavisse, ne ulla meritò contumelia*
*Fieri à vobis posset: id, si nunc memorare hîc velim,*
g *Quàm fideli animo & benigno in illam & clementi fui,*
*Verè possim; ni te ex ipsâ id magis velim resciscere:*

a Viam ad Epitasin facit: senes enim impellunt ad reducendum.

b αὐξησις ad salutem.

c Aut avaritiae aut jactabundus haec dicit

* Al. reliquunt.

d Patris avaritiam notat.

e Huc tendebat tota oratio.

f Imprecatio in rumigerulos.

g Argumentum fortissimum.

*Namq́, eo pacto maximè apud te meo erit ingenio fides,*
h Confirmatio cum protestatione.
h *Cum illâ, quæ nunc in me iniqua est, æqua de me dixerit.*
*Neq́, culpâ hoc meâ evenisse dissidium, id testor deos.*
*Sed quando sese esse indignam deputat matri meæ,*
*Cui concedat, cujusque mores toleret sua modestia;*
*Neq́, alio pacto potest componi inter eas gratia:*
i Ex deliberatione conditionem colligit.
i *Segreganda aut mater à me est, Phidippe, aut Philumena:*
*Nunc me pietas matris potiùs commodum suadet sequi.*
L. *Pamphile, ad aures haud invitò sermo mihi accessit tuus,*
*Cùm te post putâsse omnes res præ parente intelligo,*
*Verùm vide, ne impulsus irâ pravè insistas, Pamphile.*
PA. *Quibus iris nunc in illam impulsus iniquus sim?*
*Quæ nunquam quidquam erga me commerita est, pater,*
*Quod nollem & sæpè, quod vellem, meritam scio:*
k Totum hoc facit ad catastrophen, ut avidiùs reducatur.
k *Amoq́, & laudo, & vehementer desidero:*
*Nam fuisse erga me miro ingenio, expertus sum:*
*Illiq́ exopto, ut reliquam vitam exigat*
*Cum eo viro, me qui sit fortunatior:*
l Excusatio repudii à necessitate.
l *Quandequidem illam à me distrahit necessitas.*
PH. *Tibi id in manu est, ne fiat.* L. *sisanus sies,*
*Jube* m *illam redire.* PA. n *non est consilium, pater:*
m Al. eam.
*Matris servibo commodis.* L. *quò abis? mane,*
n Levis accusatio.
*Mane inquam: quò vadis?* PH. *quæ hæc est pertinacia?*
o Invidiosè in Phidippum.
L. o *Dixin' Phidippe hanc rem ægrè laturum esse eum?*
*Quamobrem te orabam, ut filiam remitteres.*
PH. *Non credidi ædepol adeò inhumanum fore,*
*Ita nunc is sibi me supplicaturum putat?*
*Si est, ut velit reducere uxorem, licet,*
*Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat.*
L. *Ecce autem tu quoque protervè iracundus es.*
PH *Per contumax rediisti hæc nobis Pamphile.*
L. *Decedet jam ira hæc; etsi meritò iratus est.*
PH. *Quia paululum vobis accessit pecuniæ,*
p Iratus hæc.
*Sublati animi sunt.* L. *etiam mecum litigas?*
q Præ irâ noluit, neque audire, neque respondere.
PH. p *Deliberet, renuncietq́, hodie mihi,*
*Velitne, an non; ut alii, si huic non sit, fiet.*
L. q *Phidippe, ades, audi pauca, abiit. quid meâ?*

*Postremò*

*Postremò inter se transigant ipsi, ut lubet;*
*Quando nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtemperant;*
*Quæ dico parvi pendunt. porro hoc jurgium ad*
*Uxorem; cujus fiunt hæc consilia omnia;*
r *Atque in eam hoc omne, quod mihi ægrè est, evomam.* r Nam ægros relevat vomitus.

## ACTUS IV. SCENA I.

Arg. Objurgat uxorem maritus ob celatum filiæ partum: hoc etiam quod resciscit de puero Phidippus, ad tumultum augendum facit, & ut Pamphilus uxorem recipere cogatur.

*Iambici octonarii catalectici, & acatalectici, & unus quaternarius, item trochaici octonarii catalectici & acatalectici.*

### MYRRHINA, PHIDIPPUS.

MY.a *PErii, quid agam? quo me vortam? quid meo re-*
*spondebo viro*
*Misera? nam audisse vocem pueri visus est vagientis;*
*Ita corripuit derepentè tacitus sese ad filiam;*
*Quòd si resciverit peperisse, id quâ causâ clàm habuisse me*
*dicam, non ædepol scio.*
*Sed ostium concrepuit; credo ipsum ad me exire; nulla sum.*
P. *Uxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foràs.*
*Atque eccam video. quid agis Myrrhina?* b *heus, tibi dico.*
M. *mihine,*
*Mi vir?* P. *vir ego tuus sum? tu virum me, aut hominem adeò*
*esse deputas?*
*Nam si utrumvis horum, mulier, unquam tibi visus forem.*
*Non sic ludibrio tuis factis habitus essem.* M. *quib⁹?* P. *ut rogas?*
*Peperit filia? hem, taces? ex quo?* M. c *istuc rogare a quom*
*est patrem?*
*Perii; ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum, obsecro?*
P. *Credo, neque adeò arbitrari patris est aliter. sed demiror;*
*Quid sit? quamobrẽ tantoperè hunc omnes nos celare volueris*
*Partum; præsertim cum & rectè, & suo pepererit tempore,*
*Adeóne pervicaci esse animo ut* d *puerum præoptares perire,*
*Ex quo inter nos scires posthac amicitiam fore firmiorem;*
*Potiùs, quàm esset cum illo nupta adversus animi libidinem*
*Tui? ego etiam illorũ esse hanc culpam credidi, quæ te est penes.*
M. *Misera sum.* P. *utinam sciam ita esse istuc,* e *sed nunc mihi*
*in mentem venit,*

a Resciscit de puero Phidippus, & id etiam ad augendum tumultum facit. & ut Pamphilus cogatur reducere.

b Ostendit eum cogitabundum de filiâ.

c Mira calliditas.

d Invidia ab infantis ætate.

e Argumentum à priùs dictis.

*Ex hac re quod locuta es olim, cùm illum generum cepimus,*
*Nam nuptam filiam negabas posse te patiuam*
*Cum eo, qui meretrices amaret, qui pernoctaret foris.*
M. *Quamvis causam hunc suspicari, quàm ipsa verã, mavolo.*
P. *Multò priùs scivi quã tu, illum amicam habere, Myrrbinã:*
*Verùm id vitium ego nunquam decrevi esse adolescentiæ.*
c Aderit scilicet tempus.
*Nam id omnibus innatum est, at pol jam* c *aderit, cùm se*
*quoque oderit.*
f Accusatio à perseverantiâ.
f *Sed, ut olim te ostendisti eandem esse, nihil cessasti usque*
*adhuc,*
*Ut filiam ab eo abduceres; neu, quod ego egissem, esset ratum.*
*Id nunc res indicium hæc facit, quo pacto factum volueris.*
g Argumentum à verisimili, & à personis idoneâ.
M. *Adeón' me esse pervicacem censes,* g *cui mater siem,*
*Ut eo essem animo, si ex usu esset nostro hoc matrimonium?*
h Oratoriè auctoritatem judicibus adimit.
P. h *Tún' prospicere, aut judicare, nostrã in rem quod sit, potes?*
*Audisti ex aliquo fortasse: qui vidisse eum diceret*
*Exeuntem, aut introeuntem ad amicam: quid tum posteà*
*Si modestè ac verè hoc fecit? nonne ea dissimulare nos*
*Magis humanum est, quàm dare operã id scire, quî nos oderit?*
i Laudat hoc ipsum, quo accusatus est Pamphilus.
i *Nam si is posset ab eâ sese derepentè avellere,*
*Quicum tot consuêsset annos, non eum hominem ducerem!*
*Nec virum satis firmum quat.* M. *mitte adolescentem obsecro,*
k His verbis commentitia argumenta contemnit.
k *Et quæ me peccâsse ais: abi, solum solus conveni:*
*Roga, velit ne an non, uxorem. si est, ut dicat velle se,*
*Redde: sin est autem, ut nolit, rectè consului meæ.*
l Hic eò accusat eam, quòd sese ipsam tutari credit.
P. l *Siquidem ipse ille non volt, & tu sensisti in eo Myrrbina*
*Peccatum:* m *aderam, cujus consilio ea par fuerat prospici.*
*Quamobrẽ incendor irâ, te esse ausam hæc facere injussu meo.*
*Inter dico, ne extulisse extra ædes puerum usque velis,*
*Sed ego stultior, meis dictis parêre hanc qui postulem.*
*Ibo intrò, atque edicam servis, ne quoquam efferri sinant.*
M. *Nullam pol credo mulierem me miseriorem vivere.*
*Nam ut hic laturus hoc sit, sispsam rem, ut sciet, resciverit.*
*Non ædepol clam me est; cùm hoc, quod levius est, tam animo*
*iracundo tulit:*
*Nec, quâ viâ sententia ejus mutari possit, scio,*
*Hoc mî unum ex plurimis miseriis reliquom fuerat malum.*

m Hoc est, meo consilio qui præsens eram, hæc provideri debuerant.

Si

*Si, puerum ut tollam cogit, cujus qui sit, nescimus pater.*
*Nam cùm compressa est gnata, forma in tenebris nosci, non*
n *quita est:*
*Neque deractum ei tum quidquam est, qui post possit nosci,*
*qui siet:*
*Ipse eripuit vi, in digito quem habuit virgini abiens anulũ:*
*Simul vereor Pamphilum, nè orata nostra nequeat diutius*
*Celare, cùm sciet alienum puerum tolli prosuo.*

n Antiquè, dictum.

## ACTUS IV. SCENA II.

Arg. Sostratæ purgatio de Philumenæ absceſſu. eadem Sostrata rus abituram ſe filio pollicetur, nè impedimento ſit, quò minus rede-at Philumena, filius contrà, matrine id faciat, diſſuadere conatur.

*Iambici octonarii.*

SOSTRATA, PAMPHILUS.

s.2 *NOn clam me est, mi gnate, tibi me esse suspectam, uxo-*
*rem tuam*
*Propter meos mores hinc abyisse: etsi ea dissimulas sedulò:*
*Verùm, ita me Diÿ ament, itaque obtingant ex te, quę exopto*
*mibi, ut*
*Nunquam sciens commerui, meritò ut caperet odium illa mei:*
*Teq; antequam me amare rebar, ei rei firmâsti fidem!*
*Nam mihi intus tuus pater narravit modò, quo pacto me ha-*
*buerit*
b *Prępositam amori tuo: nunc tibi me certũ est contra gratiam*
*Referre, ut apud me prœmium esse positum pietatis sciat.*
c *Mi Pamphile hoc & vobis & meę commodum famę arbitror.*
*Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certò decrevi patre,*
*Nè mea præsentia obstet, neu causa ulla restet reliqua;*
*Quin tua Philumena ad te redeat.* P. *quæso, quid istuc consilii*
*est?*
*Illius stultitiâ victâ, ex urbe tu rus habitatum migres?*
d *Haud facies: neque sinam, ut qui nobis, mater malè dictum*
*velit;*
*Meâ pertinaciâ dicat esse factum, haud tuâ modestiâ.*
*Tum, tuas amicas te, & cognatas deserere, & festos dices*
*Meâ causâ, nolo. s. nihil jam mihi istęc res voluptatis ferunt:*
c *Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum: satias me*
*jam tenet.*

a Sostrata excusatur, Myrrhina paulò post accusabitur, donec palam fiet utramque vacare culpa.

b A justo & honesto.

c Verbis præmollit rem duram, quam dictura est.

d Dissuasio à persona, à causâ, à loco, à facto.

e Omnia Pamphili argumenta refellit.

*Studiorum istorum; hæc mihi nunc cura est maxuma, ut te*
*cui meæ*
*Longinquitas ætatis obsiet, mortemve exoptet meam.*
*Hîc video me esse* c *invisam immeritò: tempus est concedere:*
*Sic optume, ut ego opinor, omnes causas præcidam omnibus,*
*f Et me hac suspicione exolvam: & illis morem gessero,*
*Sine me obsecro hoc effugere, volgus quod malè audit mulierũ-*
p. *Quàm fortunatus cæteris sum rebus, gabsq; una hæc foret.*
*Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem.* s. *obsecro,*
*mi Pamphile.*
*Non tute incommodã rem, ut quæq; est, in animũ inducas pati.*
*Si cætera sunt ita, ut tu vis, itaque ut esse ego illam existumo,*
*Mignate, da veniã hanc mihi, reduc illam.* p. *væ misero mihi.*
s. *Et mihi quidem, nam hæc res non minus me male habet t,*
*quàm te, gnate mi.*

c Invisam, quia & socrus & quia unus.
f Mores notat detractorum.
g Quod absque hoc esset, in Captivis Plautus, & antè in Phormione.
h Dura patienter ferenda sunt.

## ACTUS IV. SCENA III.

Arg. Reconciliantur, & omne bellum inter se componunt vir & uxor: monetur Pamphilus, ut uxorem reducat.

*Trochaici Iambicique octonarii, senarius unus*
*& quaternarius unus.*

LACHES, SOSTRATA, PAMPHILUS.

L. a *Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans*
*accepi, uxor:*
*Istuc est sapere, qui ubicunque opus sit, animum possis flectere,*
*Quod faciundum fortasse sit post, idem hoc nunc si feceris.*
s. b *Fors fuat pol.* L. *abi rus ergò hinc: ibi ego te, & tu me feres.*
s. *Spero ecastor.* L. *I ergò intrò, & compone quæ tecum simul*
*Ferantur.* c *dixi.* s. *ita, ut jubes, faciam.* P. *pater.*
L. *Quid vis Pamphile?* P. *abire hinc matrem? minimè.* L. *quid*
*ita istuc?* P. *quia*
*De uxore incertus sum etiam, quid facturus siem.* L. *quid est?*
*Quid vis, nisi reducere?* P. *equidem cupio, & vix contineo: sed*
*Non minuam meum consilium: ex usu quod est, id persequar:*
*Credo, si non reducam, eâ gratiâ concordes magis fore.*
L. *Nescias: verùm id tua refert nihil utrum illæ fecerint,*
*Quando hæc abierit; odiosa hæc est ætas adolescentulis;*
*E medio æquom est excedere, postremò, jam nos fabulæ*
*Sumus Pamphile, senex, atque anus.*

a Laches audierat verba Sostratæ ad filium habita,
b Fors, bona fortuna est.
c Dixi, perorationis verbum.

Sed

*Sed video Phidippum* d *per tempus egredi: accedamus.*

d Per tempus, id est, opportunè.

## ACTUS IV. SCENA IV.

Arg. Natum puerum Laches rescisceit, Pamphilum ad recipiendam uxorem ambo senes hortantur: ille negat: meretricis amorem incusat pater.

*Iambici senarii.*

PHIDIPPUS, LACHES, PAMPHILUS.

PH.[a] *Tibi quoque adepol sum iratus Philumena*
*Graviter quidè: nam hercle abs te factũ est turpiter:*
*Etsi tibi causa est de hâc re; mater te impulit:*
*Huic verò nulla est.* L. *opportunè te mihi,*
*Phidippe in ipso tempore ostendis.* PH. *quid est?*
PA. *Quid respondebo hîc? aut quo pacto hoc operiam?*
L. *Dic filiæ, tuus concessuram hinc Sostratam:*
*Ne revereatur, minùs jam quòd redeat domum.* PH. *ab,*
*Nullam de his rebus culpam commeruit tua:*
*A* b *Myrrhinâ hæc sunt meâ uxore exorta omnia.*
P. *Mutatio fit.* PH. *ea nos perturbat Laches.*
PA. *Dum ne reducam, turbent porrò, quàm velint.*
PH. c *Ego Pamphile, esse inter nos si fieri potest,*
*Affinitatem hanc sanè perpetuam volo:*
*Sin est, ut aliter tua siet sententia,*
d *Accipias puerum?* PA. *sensit peperisse, occidi.*
L. *Puerum? quem puerum?* PH. *natus est nobis nepos.*
*Nam abducta à vobis* c *prægnans fuerat filiâ,*
*Neq; fuisse prægnantem unquam ante hunc scivi diem.*
L. *Benè, ita me Dii ament, nuncias: & gaudeo,*
*Natum illum, & tibi illam salvam: sed quid mulieris*
*Uxorem habes? aut quibus moratam moribus?*
*Nósne hoc celatos tamdiu? nequeo satis,*
*Quàm hoc mihi videtur factum pravè, proloqui.*
PH. f *Non tibi illud factum minùs placet, quàm mihi, Laches.*
PA. *Et si jamdudum fuerat ambiguum hoc mihi,*
*Nunc non est, cum eam jam consequitur alienus puer.*
L. *Nulla tibi, Pamphile, hîc jam consultatio est.*
PA. g *Peri.* L. *hanc videre sæpè optabamus diem,*
*Cum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem:*
*Evenit: habeo gratiam Diis.* PA. *nullus sum.*

a Transfertur culpa in alteram anum. Ostenditur & matri & socrui esse iratus, quòd filia à marito discesserit.

b Traductio criminis.

c Ego: gravis orationis initium.

d Nam liberi patrem sequuntur.

e Pierius & Bembus Prægnas. Pierius in illud Virg. viij. Æneid. Pallas huic filius una legit. Neque fuisse unquam ante hanc. Bembus verò. Ne fuisse prægnantem ante hunc unquam

f Reprehensio cum contemptu.

g Urgetur Pamphilus pueri mentione.

L. Reduc uxorem, ac noli adversari mihi.
PA. Pater, si illa ex me liberos vellet sibi,
Aut se esse mecum nuptam, sai is certò scio,
Non me clam haberet, quæ celâsse intelligo.
Nunc, cum ejus alienum esse à me animum sentiam,
Nec conventurum inter nos posthac esse arbitrer,
Quamobrem reducam? L. g mater quod suasit sua,
Adolescens mulier fecit: mirandúmne id est?
Censen' te posse reperire ullam mulierem,
Quæ careat culpâ? an quia non delinquunt viri?
PH. Vosmet videte jam Lache, & tu Pamphile,
h Remissam opus sit vobis, an, i reductam domum:
k Uxor quid faciat, in manu non est meâ:
l Neutra in re vobis difficultas à me erit.
Sed quid faciemus puero? L. ridiculè rogas.
Quidquid futurum est, huic reddas, suum scilicet,
Ut alamus nostrum. PA. quem ipsa neglexit, pater,
Ego alam? L. quid dixti? eho, an non alemus, Pamphile?
Prodemus quæso potiùs? quæ hæc amentia est?
Enimverò prorsus jam tacere non queo.
Nam cogis ea, quæ nolo, ut præsente hoc loquar:
Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me?
Aut, quid sit id, quod solicitere ad hunc modum?
m Primùm hant ubi dixti causam, te propter tuam
Matrem non posse habere hanc uxorem domi;
Pollicita est ea, se concessuram ex ædibus.
Nunc, postquam ademptam hanc quoque tibi causam vides:
Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi si me esse ignarum putas.
n Aliquando tandem huc animum ut adjungas tuum,
Quàm longum spatium amandi amicam tibi dedi!
Sumptus, quos feciſti in eam, quàm animo æquo tulì!
o Egi, atque orauì, p tecum, uxorem ut duceres:
Tempus dixi esse; impulsu duxisti meo.
Quæ tum, obsecutus mihi, fecisti ut decuerat.
Nunc animum rursum ad meretricem indùxti tuum:
Cui tu obsecutus, facis huic adeò injurium.

f Tandem alteram difficilem causam commenatus.
g A derivatione causæ.
h Al. remissan'.
i Al. reducta.
k Id est, mea uxor quid velit facere, in manu, hoc est, potestate sua non habet
l Promittit facilitatem suam.
m Extrema conflictatio Epitasεos.
n Ab ante actis.
o Agit, qui instanter petit: orat, qui demisse precatur.
p Tecum pro te. archaismus, comicus character.

Nam

*Nam in eandem vitam te revolutum denuò*
*Video esse.* PA. *mene?* L. *teipsum & facis injuriam,*
*Cùm fingis falsas causas ad discordiam,*
*Ut cum illâ vivas,* q *testem hanc cùm abs te amoveris:*
*Sensiq; adeò uxor: nam ei causa alia quæ fuit,*
*Quamobrem abs te abiret?* PH. *planè hic divinat: nam id est.*
PA. *Dabo jusjurandum, nihil esse illorum tibi.* L. *ah.*
r *Reduc uxorem, aut, quamobrem non opus sit, cedo.*
PA. *Non est nunc tempus.* L. *puerum accipias: nam is quidem*
*Inculpâ non est: pòst de matre videro.*
PA. *Omnibus modis miser sum. nec, quid agam, scio:*
*Tot nunc me rebus miserum concludit pater.*
*Abibo hinc, præsens quando promoveo parùm.*
*Nam puerum credo injussu non tollent meo,*
*Præsertim in eâre cùm sit mihi adjutrix socrus.*
L. *Fugis? hem, nec quidquam certi respondes mihi?*
*Num tibi videtur esse apud sese? sine:*
*Puerum Phidippe mihi cedo, ego alam.* PH. *maximè.*
*Non mirum fecit uxor, si hoc ægrè tulit:*
*A maræ mulieres sunt, non facile* t *hæc ferunt.*
*Propterea hæc ira est? nam ipsa narravit mihi:*
*Id ego præsente hoc tibi nolebam dicere:*
*Neque illi credebam primò: nunc verò palam est.*
*Nam omninò abhorrere animum huic video à nuptiis.*
L. *Quid ergò agam, Phidippe? quid das consilii?*
PH. u *Quid agas, meretricem hanc primùm adeundam censeo:*
*Oremus: accusemus gravibus: denique*
*Minitemur, si cum illo habuerit rem postea.*
L. *Faciam, ut mones. ibo puer, curre ad Bacchidem hanc*
x *Vicinam nostram: huc evoca verbis meis.*
*Et te oro porrò, in hâc re adjutor sis mihi.* PH. *ah,*
*Jamdudum dixi, itidemq; nunc dico, Lache,*
*Manere affinitatem hanc inter nos volo,*
*Si ullo modo est ut possit, quod spero fore.*
*Sed vísne adesse me unà, dum istam convenis?*
L. *Immò verò abi: aliquam puero nutricem para.*

q Testem vocat, non impeditricem.

r Relictâ quæstione, ad rem redit.

s Anxius Pamphilus abscedit, ne rem aperire cogatur.

t Hæc, pellicatum scilicet & adulterium.

u Poëta festinat ad rerum cognitionem.

x Honestè dixit, ut sen congruit.

## ACTUS V. SCENA I.

Ar-

Arg. Bacchis & Laches colloquuntur; hic illam accusat, quòd ad se recipiat filium: illa constanter negat: mitem autem senem, & meretricem bonam inducit, & occasiò est catastrophes.

*Iambici octonarii acatalectici & catalectici, trochaici octonarii, & unus quaternarius.*

## BACCHIS, LACHES.

a Occasio catastrophes.

B. a NOn hoc de nihilo est, quod Laches nunc me conventam esse expetit:
Nec pol me multum fallit, quin, quod suspicor, sit quod velit.
L. Videndum est, ne minùs propter iram hanc impetrem, quàm possiem.
Aut ne quid faciam plus, quod me post minùs feciſſe satius sit.

b Lene & molle proœmium.

Aggrediar. Bacchis, salve. B. salve Lache. L. b credo adepolte
Non mihi mirari, Bacchis, quid sit, quapropter te huc jussi
Foràs puerum evocare.

c παρίλκον. tertium. d Al. tuecor.

B. Ego pol c quoque etiam timida sum, cùm venit mî in mentem, quæ sim,
Ne nomen mihi quæstus obstet apud te, nam mores facilè d tutor.

e Ambiguitas.

L. e Si vera dicu, nihil tibi periclî est à me mulier: nam
Jam ætate eâ sum ut non siet peccato mihi ignoſci æquom:

f Cautio Lachetis.

Quò magis omnes res f cautiùs, ne temerè faciam, accuro.
Nam si id nunc facis, factúráve es, bonas quod par est facere:

g Inscitum, d est, inelegantem.

g Inſcitum offerre injuriam tibi me immerenti, iniquom est.
B. Est magna ecastor gratia de istiac re, quam tibi habeam. nam qui
Post factam injuriam se expurget, mihi parùm prosit. sed

h Propositio accusationis.

Quid istuc est? L. h meum receptas filium ad te Pamphilam.
B. ah.
L. Sine dicam; uxorem hanc priùs quàm duxit, vestrum amorem pertuli,

i Parabat ipsum Bacchis.

i Mane: nondum etiam dixi id, quod volui, nunc hic uxorem habet:
Quære alium tibi amicum firmiorẽ, dũ consulendi tẽpus est.

k Permutatio rerum.

k Nam ille neque animo hoc erit ætatem, neque pol eâdem istâ ætate tu.
B. Quis id ait? L. socrus. B. méne? L. te ipſam: & filiam abduxit suam,

l Natus qui, puerum, ob eam rem clam voluit, l qui natus est, extinguere.

B. m Aliud

L. k *Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem,*
l *Sanctius quàm jusjurandum, id pollicerer tibi Laches;*
m *Me segregatum habuisse, uxorem ut duxit, à me Pamphilũ.*
L. *Lepida es: sed scin', quid volo potiùs sodes facias?* B. *quid*
L. *Eas ad mulieres huc intrò, atq; istuc jusjurandũ idẽ (credo?*
*Pollicearе illis: exple animum hũ, teq; hoc crimine expedi.*
B. n *Faciam: quod pol si esset alia ex hoc quæstu, haud faceret, scio;*
*Ut de tali causâ nuptæ mulieri se ostenderet:*
*Sed falsâ famâ esse nolo gnatum suspectum tuum:*
*Nec leviorem vobis, quibus est minimè æquom, videri*
*Immeritò: nam meritus de me est, quod queã, illi ut commodẽ.*
L. *Facilem, benevolumq; lingua tua jam tibi me reddidit:*
*Nam non sunt solæ arbitratæ hæc:* o *ego quoque hoc etiam credidi.*
*Nunc cum ego te esse præter nostram opinionem comperi,*
*Fac eadem ut sis porrò: nostrâ utere amicitiâ, ut voles.*
p *Aliter si facis. sed reprimam me, næ ægrè quidquam ex me audias.*
*Verùm te hoc* q *moneo unũ, qualis sim amicus, aut quid possiẽ.*
*Potiùs quàm inimicus, periculum facias.* B. *faciam sedulò.*

k Commendatio à personâ.
l Ab utili.
m Ab honesto.
n Bona meretrix contra consuetudinem facit.
o Suspicionem suam fatetur.
p Ἀποσιώπησις irati.
q Comminatio pollicitationi admista.

## ACTUS V. SCENA II.

Arg. Quæ dudum Lacheti, eadem hæc Phidippo Bacchis promittit, se intrò abituram ad Sostratam & Myrrhinam, ut illis purgetur.

*Iambici octonarii catalectici, & unus quaternarius acatalecticus.*

### PHIDIPPUS, LACHES, BACCHIS.

PH. a *Nihil apud me tibi desieri patiar? quin, quod opus sit, benignè præbeatur.*
*Sed cum tu satura, atque ebria eris, puer ut satur sit, facito,*
L. *Noster socer, video, venit: puero nutricem adduxit.*
*Phidippe, Bacchis dejerat persanctè.* PH. *baccine ea est?* L. *hæc est.*
PH. b *Nec poliſtæ metuunt Deos: neque has respicere Deos opinor.*
B. c *Ancillas dedo: quolibet cruciatu per me exquire,*
*Licet, hæc res hic agitur: me facere, Pamphilo ut uxor redeat,*
*Oportet: quod si perficio, non pœnitet me famæ,*
*Solam feciſſe id, quod aliæ meretrices facere fugitant.*

a Post variam nutricis poſcentis verbatim Phidippus ad generalem promiſſionem ſe confert, dicens, Nihil apud me.
b Meretrices irreligioſæ.
c Firmius argumentum.

L. *Phi-*

d Non de adulterio, sed de rursus discessu.

L. *Phidippe, nostras mulieres* d *suspectas falsò nobis*
*In re ipsâ invenimus: porrò hanc nunc experiamur.*
*Nam si compererit crimini tua se uxor credidisse,*
*Missam iram faciet; sin autem est ob eam rem iratus gnatus,*
*Quòd peperit uxor clam, id leve est: citò ab eo hæc ira abscedet.*

e Post discussionem hoc infert.

c *Profectò in hac re nihil mali est, quod sit dissidio dignum.*
P. *Velim quidem hercle.* LA. *exquire; adest; quod satis sit, faciet.*
B. *faciam.*

f Correptio.

P. f *Quid illæc mihi narras? an quia non tute audisti dudùm.*
*De hac re animus meus ut sit, Laches? illis modò exple animũ*
L. *Quæso ædepol, Bacchis, quod mihi es pollicita tute, ut serves.*
B. *Ob eam rem vis ergò intrò eam?* L. *I, atque exple animum his, ut credant.*
B. *Eo: et sciscio his pol fore meum conspectum invisum hodiè:*
*Nam nupta meretrici hosti est, à viro ubi segregata est.*

g Aliæ persuadendi rationes.

L. g *At hæ amicæ erunt, ubi, quamobrem adveneris resciscent.*
PH. *atqui*
*Easdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognôrint:*
*Nam illas errore, & te simul suspicione exolves.*
B. *Peri, pudet* Philumenæ: h *sequimini me intrò huc ambæ.*
L. *Quid est, quod mihi malim, quam quod huic intelligo evenire,*
*Ut gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi unà prosit?*
*Nam si est, ut hæc nunc Pamphilum vere ab se segregârit,*
*Scit sibi nobilitatem ex eo,* i *& rem natam, & gloriam esse,*
*Referétq; gratiam ei, unâq; operâ nos sibi amicos junget.*

h Ostendit commune bonum utrinque eventurum.

## ACTUS V. SCENA III.

Rem ex amicitia senis, gloriam ex facto singulari.

Arg. Per annuli, quem Pamphilus dederat Bacchidi, cognitionem, Philumena ab eo compressa ostenditur.

*Trochaici iambicique octonarii, catalectici.*

PARMENO, BACCHIS.

Hoc à stolachante dicitur servo, aliquam ab ero delusus.

P. a *Æ Depol ne meam herus esse operã deputat parvi pretii,*
*Qui ob rem nullam misit, frustrà ubi totum desedi diem,*
*Myconium hospitem dum expectio in arce Callidemidem.*
*Itaque ineptus hodiè dum illic sedeo, ut quisque venerat,*
*Accedebam: adolescens, dic dum quæso, tún' es Myconius?*

Non

*Non ſumzat Callidemides? non hoſpitem ecquem Pamphilum*
*Hic habes? omnes negabant: neque eum quenquam eſſe arbitror.*
*Denique hercle jam pudebat: abii. ſed quid Bacchidem*
*Ab noſtro affine exeuntem video? quid huic hîc eſt rei?*
B. *Parmeno, opportunè te offers, properè curre ad Pamphilum.*
P. *Quid eò?* B. *dic me orare, ut veniat.* P. *ad te?* B. *immò ad Philumenam.*
P. *Quid rei eſt?* B. b *tuâ quod nihil refert, percontari deſinas.*
P. *Nihil aliud dicam?* B. *etiam: cognóſſe annulũ illũ Myrrhinam*
*Gnatæ ſuę fuiſſe, quẽ mihi ipſus olim dederat.* P. *ſcio (diverit.*
c *Tantumne eſt?* B. *tantum: aderit continuò hæc ubi ex te au-*
*Sed ceſſas?* P. d *minimè equidem: nam hodiè mihi poteſtas*
*haud data eſt:*
*Ita curſando, atque ambulando totum hunc contrivi diem.*
B. e *Quantam obtuli adventu meo lætitiam Pamphilo hodiè?*
*Quot commoda res attuli? quot autem ademi curas!*
*Gnatum ei reſtituo, qui pænè harum ipſiuſq́, operâ periit:*
*Uxorem quam nunquã eſt ratus poſthac ſe habiturum, reddo*
*Quare ſuſpectus ſuo patri, & Phidippo fuit, exolvi.*
*Hic adeò his rebus* f *annulus fuit initium inveniundis.*
*Nam nemini, abhinc menſes decem ferè ad me nocte primâ*
*Confugere anhelantem domum, ſine comite vini plenum,*
*Cum hoc annulo, extimui illicò: mi Pamphile inquam amabo;*
*Quid exanimatꝰ es obſecro? aut unde annulum iſtum nactus?*
*Dic mihi, Ille alias res agere ſe ſimulare: poſtquam id video;*
*Neſcio quid ſuſpicarier magis cœpi: inſtare, ut dicat.*
*Homo ſe fatetur vi in viâ neſcio quam compreſſiſſe:*
*Dicitq́, ſeſe illi annulum, dum* g *luctat detraxiſſe.*
*Eum hæc cognovit Myrrhina in digito modò me habentem:*
*Rogat, unde ſit: narro omnia hæc:* h *inde eſt cognitio facta;*
*Philumenã eſſe compreſſam ab eo, & filium inde hunc natum.*
i *Hæc tot propter me gaudia illi contigiſſe lætor:*
*Et ſi hoc meretrices alia nolunt, neq; enim eſt in rem noſtram;*
*Ut quiſquam amator nuptiis lætetur: verùm ecaſtor*
k *Nunquam animum quęſti gratiâ ad malas adducam partes.*
*Ego dum illo licitum eſt, uſa ſum benigno, & lepido, & comi-*

*incom-*

b Proverbium in curioſos percontatores.
c Tantum immorſus.
d Minimè equidem quaſi dicat currere nequeo.
e Hic reliquam argumenti partem Bacchis ſola ſecum memorat.
f Annulus fabulæ nodum ſolvit.
g Luctat, pro luctatur.
h Ab annulo & narratione.
i Concludit fabulæ narrationem.
k Honeſta meretrix.

*Incommodè mihi nuptiis evenit: factum fateor.*
*At pol me feciſſe arbitror; nè id meritò mihi eveniret.*
MULTA *ex quo fuerint cõmoda, ejus incõmoda quõ eſt ferre.*

## ACTUS V. SCENA IV.

Arg. Pamphilus multo gaudio perfunditur ex cognitione annuli, quem olim dederat Bacchidi, ejuſdem mirificè laudatur uxor.

*Iambici octonarii, & ſenarii, quaternarium unus, Trochaici aliquot.*

PAMPHILUS, PARMENO, BACCHIS.

PAM. [a] *Vide mi Parmeno etiam ſodes, ut mihi hæc certa & clara attuleris.*
*Nè me in breve hoc conjicias tempus, gaudio hoc falſo frui.*
PAR. *Viſum eſt?* PAM. *certone?* PAR. *certè.*
PAM. *Deus ſum, ſi hoc ita eſt.* PAR. *verum reperies.*
PAM. *Mane dum ſodes:* [b] *timeo ne aliud eſſe credam, atque aliud nuncies.*
PAR. *Manco.* PAM. [c] *ſic te dixiſſe opinor, invenisſe Myrrhinam,*
*Suum annulum habere Bacchidem.* PAR. *factum.*
PAM. *Eum, quem ego olim ei dedi; (inquam.*
*Eaq; hoc te nunciare mihi juſſit: itáne eſt factum?* PAR. *ita.*
PAM. *Quis me eſt fortunatior, venuſtatiſq; adeò plenior? egon'*
*Pro hoc nuncio, quid te donem?* [d] *quid? quid? neſcio.*
PAR. *at ego ſcio.* PAM. *quid? (ſit ſcio.*
PAR. *Nihil enim: nã neq; in nuncio, neque in me ipſo boni quid*
PAM. *Egone, qui ab Orco mortuũ me reducem in lucem feceru,*
*Sinã ſine munere à me abire? ah nimium me ingratum putas.*
*Sed Bacchidem eccam video ſtare ante oſtium,*
*Me expectat, credo: adibo.* B. *ſalve Pamphile.*
PAM. [e] *O Bacchis, ô mea Bacchis, ſervatrix mea.*
B. *Benè factum, & volupe eſt.* PAM. *factis, ut credam facis:*
*Antiquamq; adeò tuam venuſtatem obtines, (nerũ,*
*Ut voluptati ſubitus, ſermo adventus tuus, quocunque adve-*
*Semper ſiet.* B. *Sat tu ecaſtor morem antiquum atque ingeni-*
*um obtines,*
*Ut unus hominum homo te vivat nunquam quiſquã blandior.*
PAM. *Ha, ha, hæ, túne mihi iſtuc?* B. *rectè amãſti, Pamphile,*
*uxorem tuam; (ſem, videram;*
[h] *Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod noſ-*

Perli-

a Quod miserè cupit Pamphilus, tardius ob affectum credere poteſt.
b Sic fit in rebus ſubitis.
c ἀμοιβολογία ex affectu.
d Deliberantis eſt.
e Laus Bacchidis.
f Obitus eſt, quem caſus affert: Adventus, quem voluntas, & deſtinatus locus.
g Laus Pamphili.
h Aemula, formam laudat.

*Perliberalis visa est.* PAM. *dic verum.* B. *ita me Dii ament, Pamphile.*

PAM. *Dic mihi,* h *harum rerum numquid dixti jam patri?* B. *nihil.* PAM. *neque opus est,*
*Adeò mutito. placet hoc non fieri itidem,* i *ut in comœdiis,*
*Omnia omnes ubi resciscunt: hic, quos par fuerat rescíscere,*
*Sciunt, quos non autem scire æquom est, neq; rescíscunt, neq; scient.*
B. *Immò etiam, hoc qui occultari posse faciliùs credas, dabo:*
*Myrrhina ita Phidippo dixit, jurejurando meo*
*Se fidem habuisse, & propterea te sibi purgatum.* PAM. *optumè*
*Speroq; rem hanc esse eventuram nobis ex sententiâ.* (*est,*
PAR. *Here licetne me scire ex te, hodiè quid sit quod feci boni?*
*Aut quid istuc est, quod vos agitis?* PAM. *non licet.* PAR. *suspicor tamen.*
*Egóne hunc ob Orco mortuum? quo pacto?* PAM. *nescis Parmeno,*
*Quantum hodiè profueris mihi, & ex quantâ ærumnâ me extraxeris.*
PAR. *Immò verò scio, neq;* k *hoc imprudens feci.* PAM. *ego istuc satis scio.*
PAR. l *An temerè quicquam Parmenonem prætereat, quod facto usus sit?*
PAM. *Sequere me intrò, Parmeno.* PAR. *sequor equidem plus hodiè boni*
*Feci imprudens, quàm sciens ante hunc diem unquam. Plaudite.*

h Harum rerum, scilicet de consuetudine nostrâ.
i Quasi hæc comœdia non sit, sed veritas.
k Hoc auget beneficii meritum.
l Iactantia servilis.

*FINIS.*

# VOLCATII SEDIGITI DE COMICIS LATINIS IAMBI.

Gell. lib. xv. cap. xxiiij.

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam poëtæ comico cui deferant:
Hunc, meo judicio, errorem dissolvam tibi:
Ut, contrà si quis sentiat, nihil sentiat.
Cæcilio palmam Statio do comico:
Plautus secundus facilè exuperat cæteros:
Dein Nævius, qui servet pretium, tertius est:
Si erit quod quarto detur, dabitur Licinio:
Post insequi Licinium facio Atilium.
In sexto consequitur loco hos Terentius;
Turpilius septimum, Trabea octavum obtinet.
Nono loco esse facilè facio Luscium.
Antiquitatis causâ, decimum addo Ennium.

## DE P. TERENTII VITA ET EJUSDEM COMOEDIIS ex ipsius personâ, Hexastichon.

a Excelsæ Carthaginis ædibus altus.

*Natus in* [a] *excelsis tectis Carthaginis altæ*
*Romanis ducibus bellica præda fui.*
*Descripsi mores hominum, invenúmq;, senúmque;*
*Qualiter & servi decipiunt dominos:*
*Quid meretrix, quid leno dolis confingat avarus,*
*Hæc quicunque leget, sic puto, cautus erit.*

IN-

# IN LAVDEM EIVSDEM
## OCTONARIUS.

*Aquidet quisquis Musas, Latiúmq; decorem*
*Artibus ingennis excoluisse cupit:*
*Quisquis lascivi fugisse cupidinis arma,*
*Et quicquid suadet fœda libido mali:*
*Urbanos quisquis mores vitámque probatam,*
*Aut magnum quicquam voce soware cupit:*
*Huc sua convertat celeri vestigia gressu;*
*Hunc unum è multis edidicisse juvet.*
*Hic posuêre suas Nymphæ Libethrides hortos:*
*Hic resonâ doctus ludit Apollo chely.*
*Hic est, occultas qui te transire Charybdes*
*Instruat, & placidas aquore reddat aquas.*
*Hic ille est; per quem tutò disrumpere vafros*
*Scortorum nisus & malefacta queas.*
*Ausculta monitis hujus lenonis avari,*
*A turpitutus si cupis esse dolo.*

## IOANNIS MVRMELII
### Ruræmundensis ad Latinitatis studiosum Hendecasyllabi.

*Unâ vis operâ polire linguam,*
*Pulchris moribus erudire pectus:*
*Vis tanquam speculo videre vitam*
*Humanam? legito Terentianas,*
*Atque ediscito fabulas ad unguem.*

# INDEX VERBORVM VETERVM ET RARO USITATORVM APVD TERENTIVM.

*Primus numerus Actum, secundus Scenam, tertius versum indicat.*


A

ABligurire. Eunu. 2.2.4
Abtente nobis. Eunuch 4.3.7
Abstineo cum accusat. Hea. 2.2.1.22
Abutor cũ accusativo, Prolog. Andr. 5
Ad Dianæ. Adelph. 4.2.43
Adventi. Phor. 1.3.2
Advorsum. Andr. 1.1.15
Æcere. Phor. 2.1.5
Æsculapius, & Salus. Hec. 3.2.3
Ætatem adverbium. Eunuc. 4.5.8 Heaut. 4.2.38
Agellus. Adelph. 5.8.26
Agome. Andr. 4.2.25
Ain' tu. Heaut. 2.2.1
Alteræ. Heaut. 2.2.30.
Alter coactivè. Andr. 4.1.29
Amittere pro dimittere. Hea. 3.1.71
Andros. Andr. 5.4.20
Angiport. masc. Phor. 5.6.52
Anicula. Phor. 1.2.48
Anuis. Heaut. 2.2.46
Apollinis responsum. Andr. 4.2.15
Appellere se. Andr. 4.6.12
Arrabo. Heaut. 3.3.42
Astu. Eunuch. 5.6.17
Asymbolus. Phor. 2.1.25
Attemperate. And. 5.4.13

B

Babylo. Adelph. 5.7.17
Benevolens. Phor. 1.2.47

C

Cædere sermones. Heaut. 2.2.1
Caprificus. Adelph. 4.2.38

Careo cum genitivo. Heaut. 2.3.20
Caria. Eunuch. 1.2.46
Heaut. 3.3.47
Catus. Andr. 5.2.14
Caudex. Heaut. 5.2.4
Cedo dum. Phor. 2.1.15
Celere. Phor. 1.4.1
Certe quidem pol. Eu. 4.5.5
Ciſtella. Eunuch. 3.6.16
Clanculum cum accuſat. Adelph. 1.1.37
Coitio. Phor. 2.1.32
Colaphus. Adel. 2.2.37
Colet vitam. Heaut. 1.1.84
Columen. Phor. 1.5.57
Commeſſator. Adelph. 5.2.8
Commeſſatum. Eun. 3.1.52
Commorat. Phor. 1.2.51
Cõmotus in aliqua. E. 3.5.19
Comparari ad aliquem. Eu. 4.4.14
Complacita eſt. And. 4.1.21
Compluſculi. Hecy. 1.2.102
Compoſito. Phor. 5.1.30
Compreſſus pro vitio. Adel. 3.5.29
Concorda. Phor. 2.2.86
Condono cum ge, acc. Pho. 5.7.54
Congruo. Heaut. 3.1.91
Conſit. Adelph. 5.8.23
Conger. Adelph. 3.4.14
Conſueſcere alicui. A. 4.5.32
Cõſueſcere cum aliqua. Ph. 5.6.34. Hec. 4.1.40
Çonvaſſare. Phor. 1.4.13
Cœperet pro cœperit. Adel. 3.4.34
Creduas. Phor. 5.8.4
Curriculo. Heaut. 4.3.11
Cum maximè. Hec. 1.2.40
Cyprus. Adelph. 2.2.16 & 22

D

Danaë Eunuch. 3.5.37
Dare bibere. And. 3.2.4
Debacchatus. Adel. 2.1.30
Decet cum dativo. Adelph. 3.5.45. & 5.8.5
De die. Adelph. 5.9.7
De duce. Eunuch. 3.3.12
Deferviſſe. Adelph. 1.2.72
Defetiſcar. Phor. 4.1.23
Defrudo. Adelph. 2.2.38
Phorm. 1.1.10
Delibutus. Phor. 5.6.17
Demenſum. Phor. 1.1.9
Dimidium. Phor. 4.2.4
Deſpicatus. Eunuch. 2.3.92
Diecula. Andr. 4.2.27
in diem. Eunuch. 5.7.19
Digitulus. Eunuch. 2.2.54
Diphilus Prolog. Adelph. 6
Dis. Adelph. 5.1.8
Diſcordare. Andr. 3.3.43
Diſpudet. Eunuch. 5.1.16
Diſtædet. Phor. 5.8.12
Diverticulum. Eun. 4.2.7
Dividuum. Adelph. 2.2.33
Divitiores. Phor. 1.1.8
Duco Hecyr. 4.1.7
Duint. An. 4.1.43. Ph. 3.2.34

E

Eccam ipſam. Eunuc. 4.5.12

Educere. Eunuch. 1.2.37
Ehodum. Andr. 1.2.10. & 2.1 27. Eun. 2.4.68
Elephanti Indici. Eu. 3.1.23
Emergo activè. And. 3.3.30
Emoliri. Eunuch. 3.1.42
Emungere. Phor. 4.4.1
Eneco. Eun. 3.5.6. Phor. 2 2.37. & 5.8.5
Enim in principio. He. 2.1 41
Ergo. Phor. 5.1.29
Ergo propterea. Hec. 1.1.6
Ere natâ. Adelph. 3.1.8
Erumpo activè. Eunu. 3.5.2
Ex advorsum. Adelp. 4.2.45 Phor. 1.2.38
Exossare. Adel. 3.4.5
Exporge. Adel. 5.3.53

F

Fabrica pro fallacia. Heaut. 3.2.34
Facito dum. Heaut. 5.3.39
Fallus animi. Eunuc. 2.2 44
Fame. Heaut. 5.2.27
Fœnero. Adel. 2.2.11
Fervet. Adel. 4.1.18
Flabellum. Eunuc. 3.5.47
Fors fortuna. Hecyr. 3.3.26
Foris nominat. singularis. Adelph. 2.3.11
Fructi. Adelph. 5.4.16
Fuat. Hecyr. 4.3.4
Fungor cum accus. He. 3.3.19 Adelp. 3.5.18. Ph. 1.5.51

G

Gracilæ. Eunuch. 2.3.22
Gynæceum. Phor. 5.6.23

H

Hæc, pro hę. Eunuc. 3.5.34 Heaut. 4.6.10.
Hariolor. Adel. 2.1.48. Pho. 3.2.7
Hercules Eunuch. 5.8.3.
Hicce, nominativus, Eunuc. 2.2.38
Hilarus. Ad. 4.7.38. & 5.3.56

I

Illi, pro illic. Adelph. 1.2.36 Hecyr. 1.2.19. & 3.4.24 Phor. 1.2.41
Illigneus. Adelph. 4.2.46
Illudo aliquem. Hea. 4.3.19 Phor. 5.7.22. in aliquem. Eunuc. 5.4.20. in aliquo. 4.5.19
Illuvies. Heaut. 2.2.54
Imbrus. Hecyr. 1.1.96
Immisericorditer. Ad. 4.5.29
Impendere cum gen. accus. Phor. 1.4.2
Indicente me. Ade. 3.5.62
Indulgeo cum accus. Eunu. 2.1.16. Heaut. 5.2.35
Inscitia. Eunuch. 5.9.41
In honorem esse. Eu. 2.2.29
Ingratiis. Eunuch. 2.1.14 Heaut. 3.1.37
Inq; Hea. 4.6.1. Ph. 5.7.26
Insisto cum accus. Eun. 2.3.3
Introspicere. Andr. 2.2.28
Interea loci. Eunuch. 1.2.46 & 2.2.24. Heaut. 2.2.16.
Interloqui cum accusat. Heauton. 4.2.13

Intui-

Inuitus.Heaut. 2.3.23
Irruo activè. Adelp. 4.2.11
Justa pro jure.Phor. 1.5.50
Justa injusta. Adelp. 5.9.32

L

Labos Hecyr. 3.1.6
Latere tecto.Heaut. 4.1.59
Lavatum.Eunuch. 3.5.44
Lemnus.Phor. 1.2.16
Liberum.Adelph. 5.3.7
Licitum est.Andr. 2.6.2
Hecyr. 5.3.39
Limis. Eunuch. 3.5.53
Logi.Phorm. 3.18
Longulè. Heaut. 2.1.10
Luteſcit.Heaut. 3.1.1
Luctat.Hecyr. 5.3.31
Lucũ pro luce. Adel. 5.2.55
Ludere.Adelph. 3.4.14

M

Magnificare.Hec. 2.2.18
Mancupium.Eunuc. 2.2.43
Manſum.Heaut. 1.2.26
Maſtigia.Adelph. 5.2.6
Mavolo.Hecyr. 4.1.25
Maximo opere.Eu. 3.3.26
Mea cu.Eu.4.3.22.Ad.3.1.2
Meditata paſſivè.P. 1.5.18
Mercenarius à villa.A.4.2.2
Miletum.Adelph. 4.5.20
Minerva.Heaut. 5.4.3
Mirificiſſimus.Phor. 5.6.32
Miſeritum.He.3.1.54.Pho.
3.2.16. Hecyr. 3.3.19
Miſit orare.Eunuch.3.3.22
Modònon. Phor. 1.2.18
Morigera.Andr. 1.5.60
Mulctare.Eunuch. 4.7.4
Adelph. 1.2.10
Multimodis.An.5.4.37.Hec.
2.2.79.Ph.3.1.1.H.2.3.7
Muſſitare.Adelph. 2.1.53
Mutire.Andr. 3.2.25.
Hecyr. 5.4.25

N

Nam quæ.Phor. 5.1.5
Niſi ſi.An.1.5.15.Eu.5.2.63
Non ſciunt. Hecyr.3.2.25
Nulli pro nullus.And.3.5.2
Nullus.And.2.2.33.Eu.2.1
10 Hec.1.2.4

O

Obgannire.Phor. 5.8.41
Obitus. Hecyr. 5.4.18
Obſitus annis. Eunuc. 2.2.5
Obſitus pannis.Eunu. 2.2.5
Obſita pannis.Heau.2.2.53
Oedipus.Andr. 1.2.20
Olet unguenta.Adel.1.2.37
Omphale.Eunuch. 5.8.3
Ornare fugam.Eunu. 4.4.6
Ornari.An.2.2.28.Eu.2.2.6
Oſſum.Eunuch. 2.2.34
Oſtenſa.Phor. 5.4.7

P

Pædagogus.Phor. 1.2.94
Papæ.Eun. 2.1.23.& 2.2.48
Parcere.Adelph. 5.3.27
Perſi.Hecyr. 3.1.2
Patriſſo.Adelph. 4.1.25.
Pax.Heau. 2.2.50.& 4.2.39
Penulco animi.Heau. 4.3.5
Penicalus. Eunuch. 4.7.7
Penus maſculinum.Eu.2.3.8

Percuſ-

Perculſit animum. A. 1.1.98
Perduint. Hea. 4.5.7. Pho. 1.2.73. Hec. 1.2.59. & 3.4.27
Perpetuum. Adelph. 4.1.6
Pertondere, Heaut. 5.5.9
Peſſumda. Phor. 1.4.5
Phalerata dicta. Ph. 3.2.15
Phi. Adelph. 3.4.46
Piræum. Eu. 2.2.59. & 3.4.1
Piſtrilla. Adelph. 4.2.5
Pleriq; omnes, Andr. 1.1.28
Phor. 1.3.20
Pluſcula. Phor. 4.3.60
Poſtilla. Andr. 5.4.24. Eun. 1.2.47. Heaut. 3.1.38. Pho. 2.1.33. & 4.4.24. & 5.8.29
Poſtremum. Andr. 2.1.24
Potis eſt: Eunuch. 2.2.32
Potiretur. Phor. 5.5.2
Poteſſe. Eunuch. 4.3.24
Potior cū accuſ. Ade. 5.4.17
Præter. Heaut. 1.1.27
Præ ut. Eunu. 2.3.9
Precator. Heaut. 5.2.23
Phorm. 1.2.9
Primulū, Ade. 3.1.2. & 5.6.10
Prode ambulare. Adel. 5.1.4
Produxe. Adelph. 4.2.22
Proluvium. Adelph. 5.9.27
Promittere, pro minari. Heau. 4.3.7
Pro patre. Adelph. 5.8.28
Proruo activè. Eunu. 3.5.41
Protelo. Phor. 1.4.37
Protinam. Phor. 1.4.13
Publicitus. Phor. 5.7.85
Pudet cum gemino accuſ. Adelph. 4.7.36
Pulpamentum. Eun. 3.1.36
Pulto. Heaut. 2.2.34. & 3.1.1
Puto. Eunuch. 4.2.4
Pyrrhus. Eunuch. 4.7.13

Q

Quæſti. Hec. 5.1.9. & 5.3.38
Quātus quātus. Ade. 3.4.31
Quampiam. Hecyr. 1.1.8
Qui pro quis. Phor. 5.8.1
Quidem herclè certè. Pho. 1.3.12
Quiſquam genere fœm. Eunuch. 2.3.82. & 4.4.11
Quita eſt. Hecyr. 4.11.57
Quivis pro quovis. Ad. 2.3.1

R

Raptio. Adelph. 3.3.2
Referire. Adelph. 4.2.28
Remitto. Hecyr. 1.2.112
Riſcus. Eunuch. 4.6.17
Ruo activè. Heaut. 2.2.128

S

Sævidicta. Phor. 1.4.37
Salus. Ade. 4.7.43. Hec. 3.2.3
Satagit. Heaut. 1.2.51
Satias. Eun. 5.6.3. Hec. 4.3.18
Satrapes. Heaut. 3.1.43
Scribā. Eu. 1.2.33. He. 2.2.68
Scibo. Phor. 5.1.39
Sciri. Andr. 2.1.39. & 5.4.19 Heaut. 2.3.38.
Scirpus. And. 5.4.39
Scirtus. Hecyr. 1.2.3
Senium cum accuſ. maſ. Eunuch. 2.5.10
Sentus. Eunuch. 2.2.5

Seria Heaut. 3.1.51
Servat domi.Eunuc. 4.7.10
Servibo.Hecyr. 3.5.45
Sibi,abundat.Adelp.5.8.35
Silicernium.Adelph. 4.2.48
Similis cum genitivo.Eunu. 3.2.43
Socors rerum.Adel. 4.5.61
Solæ pro ſoli. Eunuc. 5.7.3
Sorbillant. Adel. 4.2.52
Sperare pro timere. Andr. 2.3.21
St.ſilentii notæ. And.4.1.59 Heaut.3.3.36.Phor.5.1.17
Statim.Phor. 5.3.7
Sterquilinium. 3.2.41
Studet ſe.Prolog.Eunuch.1
Suffarcinata. Andr. 4.5.31
Subagitare.Heaut. 3.3.6
Subtegmen.Heaut. 2.2.52
Succenturiatus.Pho.1.4.54
Sunium.Eu.1.2.35.&3.3.13
Sycophanta.Andr. 4.6.10
Symbolum. Andr. 1.1.61. de Symbolis eſſe. Eunuc. 3.4.2

T

Tantidem.Adelph. 2.1.46
Techna.Eunuch. 4.4.51
Templa cœli. Eun. 3.5.42
Tetulit.Andr. 4.6.13
Traducere.Adelph. 5.7.19
Tranſdere.Prolog. Phor. 2
Tumulti.Andr.2.2.28. Hecyr. 3.2.21

V

Vecti.Eunuch. 4.7.4
Ventulus.Eunuch. 3.5.47
Videre ſomnum.Hea.3.1.82
Villum.Adelph. 5.2.11
Volupe.Hecyr. 5.4.16
Uſus,pro opus. Hea.1.1.28 Adelph. 3.4.66

*FINIS.*